BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXXIX
C
20
NAPOLI

XXXIX
C
20

BIONIS
SMYRNAEI
ET
MOSCHI
SYRACVSANI

QVAE SVPERSVNT

CVM NOTIS IOANNIS HESKIN
INTEGRIS ALIORVMQVE SELECTIS
GRAECE ET LATINE

RECENSVIT
SVASQVE ANIMADVERSIONES
ADIECIT
THEOPHIL. CHRISTOPH. HARLES

ERLANGAE
SVMTV WOLFGANGI WALTHERI
cIↄ Iↄ CCLXXX

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

SERENISSIMO

ET

CELSISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO

DOMINO

CAROLO GVILELMO FERDINANDO

REGNANTI DVCI TERRARVM BRVNSVICENSIVM AC LVNEBVRGENSIVM

CETERA

OPTIMO PRINCIPI

HEROI REI MILITARIS PERITISSIMO ET IN IMPERIIS PARI FELICITATE AC LAVDE SEMPITERNA VERSATO

MVSARVM TVTORI ATQVE CONSER VATORI CIVIVM SVORVM AMORI ET DELICIIS

HOC OPVSCVLVM

CVM SVMMA RELIGIONIS AC PIETATIS

TESTIFICATIONE ANIMIQVE

SVBMISSIONE

D. D. D

THEOPHILVS CHRISTOPHORVS HARLES

LECTORI
S

Theocrito, nuper a me edito, Bionem et Moſchum, eodem carminis genere nobilitatos, adiungere, eo minus dubitaui, quo ex perpetua illorum lectione et comparatione maiorem capturos eſſe voluptatem harum venerum amatores, certus ſum atque perſuaſus. In edendis autem atque interpretandis duobus his bucolicis, qui quidem, licet ingenio, venuſtate ſuisque virtutibus ſplendeſcant poeticis, ſimplicitatis tamen et naturalis pulcritudinis laude cedunt Theocrito, ita verſatus ſum, vt primum ex editionibus melioribus et codicibus, quos editores ſuperiores manibus triuerant, recenſerem contextum, et lectionis varietatem aliorumque virorum doctorum coniecturas, mihi quidem ex libris editis cognitas, aut a cl. Valckenario vel indicatas vel ingenii beneficio et ſagacitate excogitatas, in ora infi-

ma adnotarem. Neque vero, me, diffiteor, omnes conſuluiſſe editiones, aut ad manus habuiſſe. Quapropter, quoniam Schwebel, Brunck et Valckenaer V. V. C. C. iam diligenter excuſſerant exempla Aldina; iidemque viri doctiſſimi et Heskin F. Vrſini et B. Vulcanii dederant lectiones, in illorum diligentia acquieui, indeque memoraui varietatem. E contrario conſului editiones Calliergi, qui Theocriteis multa immiſcuit Bionis ac Moſchi, vtramque Stephani, Wintertoni, Schwebelii, Heskini, Schierii, Brunckii et Valckenarii, cuius quidem rationibus ſaepius obſequutus ſum. Attamen, quoniam de vſu doricae dialecti recentiore in his poetis nihil certi atque indubitati poteſt pronuntiari; nec noſtra aetate aurium iudicio valde lubrico non minus, quam grammaticorum legibus longe recentioribus nimium eſt tribuendum; in reſtituendis formis doricis, codicibus praeſertim non addicentibus, me, profiteor, fuiſſe aliquanto parciorem. Qua de controuerſia quum in commentatione de doriſmo Theocriteo meam ſententiam iam vberius expoſuiſſem, multisque probaſſem viris eruditiſſimis: hic neque ea, quae alio tempore ſcripſi, repetenda, neque iis, quae pro vlteriore meae ſententiae confirmatione poſſint adferri, copioſius et pertinacius inhaerendum putaui: e contrario, ſi quis aliam foueat ſententiam, ſuo frui ingenio patiar lubentiſſime. Valckenarii autem eruditioni atque ingenio quia Bionis et Moſchi carm. reliquiae multum debent; atque ego, quae propria eſſent editionis Valckenarianae, ea ſiue lectionis varietati inſerui, ſiue animaduerſionibus: ex viri Cl. praefatione ad *Theo-*

Theocriti, Bionis et Moſchi carmina bucolica, Lugduni B. et Campis 1779. 8. ea, quae huc pertinent, ad illa, quae in notis adtuli, melius perſpicienda, hic repetam.

„Quidquid a codicibus oblatum ſine controuerſia videretur Theocriteum, in contextum fuit a me receptum. — — — Virorum doctorum coniecturae, quae quidem ex libris editis innotuerunt, pleraeque omnes memorantur; multae etiam Hemſterhuſii, Pierſoni, Eldikii, atque aliorum ineditae. — — Huius (Brunckii) etiam lectiones, ſola coniectura nixae, dialectum pleraeque doricam ſpectantes, fuerunt indicatae: multae in verſus Theocriti receptae. Idem dictum ſit de reliquiis carminum Bionis et Moſchi, quae Theocriteis ſubiectae partem etiam efficiunt Analectorum Brunckii. In his eadem ratione tractatis editio fuit expreſſa Bonauenturae Vulcanii. Lectiones codicum Paris. debentur exquiſitae humanitati clariſſ. Villoiſoni. In Bionis et Moſchi fragmentis lectiones quasdam ex Arſenii violeto, Mosquenſis Biblioth. ſcripto codice mecum communicauit vir humaniſſimus Chriſt. Fridericus Matthaei. In edit. Aldina tertium Moſchi carmen bis legitur ex diuerſis codd. expreſſum: hinc lectiones prodierunt egregiae.„

Editionum igitur, quas conſului, mentione facta, de his, iis tamen omiſſis, quas in praefatione et commentatione de dorismo, Theocrito meo praemiſſis, iam percenſui, pauca addere liceat.

 Nico-

Nicolai Schwebelii editio, inſcripta: *Bionis et Moſchi Idyllia ex recenſione Nicolai Schwebelii, Noribergenſis, cum eiusdem animaduerſionibus: accedunt Vrſini, Vulcanii, Stephani, Scaligeri, Caſauboni, Heinſii, Xylandri, Palmerii, Longapetraei notae, vt et verſiones metricae, gallica Longapetraei et latina Whitfordi, cum duobus indicibus, Venetiis 1746. in 8.* ab interpretatione grammatica maiorem habet commendationem, quam a critices ſtudio vſuque. Contextus eſt Stephanianus. In notis Bion ac Moſchus cum Theocrito aliisque frequenter collati ſunt, verbaque ex antiquitate potiſſimum paullo fuſius explanata. Ea igitur, quae vtilia mihi quidem aptaque ſenſui verborum et ſententiarum obſcuriorum melius illuſtrando perſpiciendoque viderentur, contracta transtuli in hanc editionem; in aliis locis, rebus potiſſimum leuioribus, tantum ad Schwebelium ablegaui lectorem. Maiori tamen editionis illius ornamento adhaeret Longopetraei, (*Longopierre*) gallica interpretatio, eaque metrica, animaduerſionibus elegantiſſimis inſtructa, quae primum prodiit Paris. 1686. in 12. deinde recuſa eſt Amſtelaedami 1688. in 8. et Pariſiis 1691. in 8.

A cultiore habitu et maiore vi iudicii ingeniique ſuauitate commendanda multisque paraſangis praeferenda eſt editio: *Bionis, Smyrnaei, et Moſchi, Syracuſani, quae ſuperſunt. Notis Ioannis Heskin, ex aede Chriſti.* Oxonii. MDCCXLVIII. 8. Non ſolum Longopertraei notas fere omnes e ſermone Francico in Latinum transtulit Heskin; ſed etiam carmina ipſa tam docte eleganterque explicuit atque illu-

illuſtrauit, vt gratiam plurimorum me iniiſſe arbitrarer, qui, quum praeter ea Heskiniana editio in Germania vel in locupletiſſimis bibliothecis rarius reperiretur, viri doctiſſimi integras notas denuo typis curaſſem repetendas. Quae quidem a me vel ex aliorum copiis collecta, vel de mea mediocritate adiecta ſint, ea quilibet facile animaduertet. Meae tamen tenuitatis conſcius, ea, quae praeſtiti, aut certe praeſtare volui, hominum peritorum aequorumque iudicio lubentiſſime ſubiicio. Quod autem omnes Heskini animaduerſiones redditurus eram, addidi quoque Ὀαρισὺν et Βȣκολισκον, quae carmina alii Moſcho adſignant, alii Theocrito; quae quidem, quod in editione Theocritea iam explanaui, hic nolui repetitis notis onerare, ab omnique ſyrmate abſtinere ſatius eſſe duxi. Heskin quoque Idyllium VII. Bionis bis dedit, primum mutilatum multisque naeuis deformatum, prouti illud F. Vrſinus primus in lucem protulit; deinde ſuis aliorumque coniecturis emendatum: ego vero ſemel tantum emendatius reddidi, varietate lectionis adſperſa.

Nouiſſima editio eſt cl. M. Io. Adami Schier, qui Bionis et Moſchi idyllia cum metaphraſi latina et notis integris eorum, quos Schwebel collegerat, nec non ſelectis Longopetraei, Schwebelii et Heskin, curauit Lipſiae 1752. in 8. Ordinem et lectionem Heskini ſequutus Schier V. Cl. et de ſchola Schoeningenſi praeclare meritus, conquieuit in diligentia memoratorum hominum doctorum; quorum vero animaduerſiones modo contractas modo integras non ſemper riteque dignouit. Eius tamen exemplum, tum contextu multoties a vitiis typographicis purgato, et ad melio-

 res

res libros, aut, locis aperte corruptis, ad mentem et ſagacitatem intelligentium hominum correcto, tum interpretatione latina emendationibus in textum admiſſis vtplurimum adcommodata, typothetae tradidi recudendum: indices praeter ea ex illo repetendos curaui.

Denique, quam ad Bionem VIII. 8 9. adnotare oblitus ſum, hic memorabo loci vexatiſſimi expoſitionem atque emendationem, a cl. I. Ge. Gu. Koehlero, in praeſenti apud Colmbergenſes prope Onoldum ſacra adminiſtrante, in ſingulari *commentatione critica de quodam Bionis loco et noua eiusdem editione, Ienae* 1772. in 4. propoſitam. Ille igitur, graecarum litterarum amantiſſimus et callentiſſimus, *ἀπαλεγειν* et *ἀηδαινειν* cum Schwebelio vocabulis *ἀπαξλεγομενοις* adcenſens, poſtquam ea et *ἀπαςον* copioſe egregieque interpretatus eſt, ita emendatos explicitosque dedit verſus:

> Χ' ὤπως ἐν κωραις Λυκομηδισιν ἀπαλέγοισα
> 'Αηδηνετ' ἀπαςον 'Αχιλλεα Δηϊδαμεια.

Et quemadmodum Deidamia, quem nondum experta Achillem inter filias Lycomedis contemnens faſtidierit. Denique bene comparat Statium, eamdem fabellam enarrantem atque ornantem, Achilleidos, Lib. I. v 563. ſqq. et 583. ſqq.

Ceterum, ſi quae aut a me, multis laboribus curisque diſtricto, aut ab operis imperitis peccata fuerint, vt infirmitati humanae aequus lector beneuole ignoſcat, etiam atque etiam oro rogoque. Scr. Erlangae d. XX. Auguſt. cIↄ Iↄ CCLXXX

THEOPHILVS CHRISTOPHORVS HARLES

IOAN-

IOANNIS HESKIN

PRAEFATIO

Vt abſolutior prodiret haec editio, priores diligenter contuli; quarum, exceptis ſolum vilioribus, ſeries infra adnectitur. Illa vero Vrſini ceteris longe praeſtitit: ſaepius enim a vulgatis, quae Stephanum ſequuntur, in melius differt; cuius etiam lectiones ſua plerumque auctoritate confirmat Aldina Theocriti editio Venetiis A. D. 1594. quam tamen, non niſi notis iam impreſſis, mihi videre contigit. In hac Bionis et Moſchi idyllia (exceptis breuioribus e Stobaeo poſtea deſumtis) ſub Theocriti nomine primum comparuerunt. Quod Danielis Heinſii ſententiam, (Lect. Theocrit. Cap. I.) Bucolicorum nempe trium Graecorum carmina in vnum olim corpus fuiſſe collecta, comprobare videtur. Hanc ob cauſſam Bionis et Moſchi pleraque Theocrito antiquitus attributa. Quare (ne dialectum, ne ſtyli rationem memorem) ΟΑΡΙΣΤΎΝ et ΒΟΥΚΟΛΙΣΚΟΝ poſt Heinſium, aliosque doctos viros iis, quae Moſchi eſſe vniuerſe agnoſcuntur, lubentius adieci.

Longopetraei notas fere omnes, quas Gallico ſermone conſcripſit, in latinum transtuli: neque id ſine taedio: nam pleraque e veteribus adlata imperfecte citat, et vix vmquam, vnde deſumta ſunt, indicat; quod vero difficillimum, non raro, quid ipſe vult; e verbis aegre licuit eruere. Hisce, vti et aliis inſuper vitiis, medelam, quantum in me, conatus ſum adhibere.

Viſum etiam aliorum, qui poetis noſtris illuſtrandis curam impenderunt, obſeruationes ſeligere: de propriis non eſt noſtri dicere. Cum de nouo verſionem non operae pretium eſſet effingere, ea vſus ſum, quae vulgo adhibetur, ſed adcurate recenſita et pluribus in locis caſtigata.

Editiones, quibus vſi ſumus,

Henrici Stephani inter Graecos poetas Principes, Pariſ. 1566. fol.

F. Vrſini ad calcem carminum nouem illuſtrium foeminarum. Antwerpiae 1568. 8.

Bonauenturae Vulcanii cum Callimacho. Antwerpiae 1584.

Io. Criſpini inter poetas minores, Geneuae 1584. quae Typographi ed. Vignonis nomine in notis inſignitur. 12.

Radulphi Wintertonis inter poetas minores. Cantabrig. 1652. 8.

Longopetraei cum Metaphraſi et notis Gallicis. Pariſ. 1686. 12.

BIO-

BIONIS ET MOSCHI
VITAE

BION *e Smyrna*, celebri Aſiae minoris vrbe, quae inter alias Homerum praecipue ſibi vindicauit, oriundus erat. Vt eam ob cauſſam ſecundum antiquitatis fidem fluuius Meles, qui Smyrnam adlauat, Homeri pater habitus eſt: ſic Moſchus in epitaphio Bionis eum eiusdem fluuii filium fabulatur:

Τοῦτό τοι, ὦ ποταμῶν λιγυρώτατε, δεύτερον ἄλγος,
Τοῦτο, Μέλη, νέον ἄλγος· ἀπώλετο πρᾶν τοι Ὅμηρος.
— — νῦν πάλιν ἄλλον
Υἱέα δακρύεις. — —

Vbi vitam egit, nemo memoriae tradidit. Maiorem in Sicilia, aut regione iſta Italiae, quae Magna Graecia nuncupatur, partem triuiſſe probabile videtur. Ibi fuit, quod poematum mira ſuauitas multos illi admiratores diſcipulosque conciliauit, inter quos fuit Moſchus, vt ex ipſo patet:

— — Αὐτὰρ ἐγώ τοι
Αὐσονικᾶς ὀδύνας μέλπω μέλος, ϰ ξένος ᾠδᾶς
Βωκολικᾶς, ἀλλ' ἦντ' ἐδιδάξαο σεῖο μαθητάς, κ. τ. λ.

Ex eodem Bionis epitaphio infelicem illum poetam veneno necatum liquet:

Φάρμακον ἦλθε, Βίων, ποτὶ σὸν στόμα, φάρμακον εἶδες.

Quam ob cauſſam, non conſtat: interfectores autem iuſtas luiſſe poenas, innuit Moſchus:

'Αλλὰ δίκα κίχε πάντας. — —

Ex idyllio ſupra citato, Theocrito coaetaneum fuiſſe, adparet:

'Εν δὲ Συρακοσίοισι Θεόκριτος. — —

Ceterum Theocritus ſub Ptolemaeo Philadelpho, qui Ptolemaeo, Lagi filio, circum annum quartum Olympiadis 123. ſucceſſit, et qui ſecundo anno Olympiadis 133. mortuus eſt, vixit.

MOSCHVS *Syracuſis* in Sicilia natus eſt, et Bionis diſcipulus fuit, cuius memoriam in Idyllio, cui titulus Epitaphium Bionis, grato animo celebrauit. Nonnulli olim eundem cum Theocrito exiſtimarunt: ſed verſus ſupra adductus:

'Εν δὲ Συρακουσίοισι Θεόκριτος· αὐτὰρ ἐγώ τοι, κ. τ. λ.

errorem iſtum deſtruit. Suidas Moſchum celebris Ariſtarchi, qui ſub Ptolemaeo Philometore, cuius nepotis Ptolemaei Lathuri praeceptor fuit, vixit, amicum fuiſſe refert. Philometor autem Ptolemaeo Epiphani primo 155 Olympiadis anno ſucceſſit. Sed Moſchus ipſe hanc Epocham refutat, ſiquidem Theocritum, vt ſuum coaetaneum, memorat. Et ob magnam temporis differentiam Suidae minus fidei tribuendum. Sed tamen conciliari poſſunt et Moſchus et Suidas, ſi pro conceſſo ſumamus, Moſchum iuuenem ſenem Theocritum vidiſſe, ipſum autem ſenem, Ariſtarchum iuuenem vidiſſe.

BIONIS

BIONIS SMYRNAEI

IDYLLIA

Βίωνος τοῦ Σμυρναίου Βουκολικά.

Ἐπιτάφιος *) Ἀδώνιδος **).

Εἰδύλλιον ***) ά.

Αἰάζω τὸν Ἄδωνιν· ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις.
Ὤλετο καλὸς Ἄδωνις, ἐπαιάζουσιν Ἔρωτες.
Μηκέτι πορφυρέοις ἐνὶ φάρεσι, Κύπρι, κάθευδε.
Ἔγρεο δειλαία κυανοστόλε, καὶ πλατάγησον
Στάθεα, καὶ λέγε πᾶσιν, ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις.

Αἰάζω τὸν Ἄδωνιν· ἐπαιάζουσιν Ἔρωτες.
Κεῖται καλὸς Ἄδωνις ἐπ' ὤρεσι, μηρὸν ὀδόντι
Λευκῷ λευκὸν ὀδόντι τυπείς, καὶ Κύπριν ἀνιῇ
Λεπτὸν ἀποψύχων· τὸ δὲ οἱ μέλαν εἴβεται αἷμα
Χιονέας κατὰ σαρκός· ὑπ' ὀφρύσι δ' ὄμματα ναρκῆ,
Καὶ τὸ ῥόδον φεύγει τῶ χείλεος· ἀμφὶ δὲ τήνῳ
Θνάσκει καὶ τὸ φίλαμα, τὸ μήποτε Κύπρις ἀφήσει.

Κύπρι-

5. Στήθεα Callierg. 8. Pro λευκῷ coniicit Heskin λυγρῷ. At Valck. iam monuit, vulgatum non debuiſſe tentari. 10. Ναρκῆ dorice, MS. Par. edd. Flor. Ald. Brunck. ναρκῇ Valck. ναρκεῖ vulg. ab Callierg. profectum: at inuſitata forma. 11. Χείλευς Ald. Callierg. Vrſin. in carmin. nou. illuſtr.

BIONIS SMYRNAEI BVCOLICA

EPITAPHIVM ADONIDIS

IDYLLVM I

Lamentor Adonidem: interiit formoſus Adonis.
Periit formoſus Adonis, adlamentantur Amores.
Ne amplius purpureis in veſtibus, *Venus*, dormias:
Surge miſera pullata, et plange
Pectora, et dic omnibus, obiit formoſus Adonis.
Lamentor Adonidem: adlamentantur Amores.
Iacet formoſus Adonis in montibus, femur dente
Candidum candido dente percuſſus, et Venerem dolore afficit
Tenuiter anhelans: ater vero ipſi cruor manat
Niueam per carnem: ſub ſuperciliis autem oculi torpent,
Et roſa (i. e. roſeus color) fugit labrorum: circaque illa
Moritur et ſuauium, quod nunquam Venus relinquet.

feminarum, Steph. in margine et Brunck in textu: qui tamen in notis probat χείλεος, vt verſus ſit bucolicus: probarunt quoque, vt ſuauius, Vulcan. Heskin et Valck.
12. Ἀπόισῃ Ald. Iunt. et marg. Steph. ἀπόισῃ voluit Brodaeus: ἀπησεῖ Brunck dedit ex cod. Paris. quod ſit recentioris doriſmi, in quem plura ex Ionica dialecto migrarunt.

Κύπριδι μὲν τὸ φίλαμα καὶ ὐ ζώοντος ἀρέσκει·
Ἀλλ᾽ ὐκ οἶδεν Ἄδωνις, ὅ μιν θνάσκοντ᾽ ἐφίλασεν.

Αἰάζω τὸν Ἄδωνιν· ἐπαιάζυσιν Ἔρωτες.
Ἄγριον, ἄγριον ἕλκος ἔχει κατὰ μηρὸν Ἄδωνις·
Μεῖζον δ᾽ ἁ Κυθέρεια φέρει ποτικάρδιον ἕλκος.
Κεῖνον μὲν περὶ παῖδα φίλοι κύνες ὠρύσαντο,
Καὶ νύμφαι κλαίυσιν Ὀρειάδες· ἁ δ᾽ Ἀφροδίτα,
Λυσαμένα πλοκαμῖδας, ἀνὰ δρυμὼς ἀλάληται
Πενθαλέα, νήπλεκτος, ἀσάνδαλος· αἱ δὲ βάτοι
νιν
Ἐρχομέναν κείροντι, καὶ ἱερὸν αἷμα δρέπονται.
Ὀξὺ δὲ κωκύυσα δι᾽ ἄγκεα μακρὰ φορεῖται,
Ἀσσύριον βοόωσα πόσιν, καὶ παῖδα καλεῦσα.
Ἀμφὶ δέ μιν μέλαν αἷμα παρ᾽ ὀμφαλὸν ἠω-
ρεῖτο·
Στάθεα δ᾽ ἐκ μηρῶν φοινίσσετο· οἱ δ᾽ ὑπομαζοὶ
Χιόνεοι τοπάροιθεν Ἀδώνιδι πορφύροντο.

Αἲ αἲ τὰν Κυθέρειαν, ἐπαιάζυσιν Ἔρωτες.
Ὤλεσε τὸν καλὸν ἄνδρα, συνώλεσεν ἱερὸν εἶδος.

Κύπρι-

13. Ἀρέσκῃ Brunck. 14. Οἶδεν Ms. Fulu. Vrſin. Callierg. Brunck. εἶδεν vulgo. 18. τεῖνον Brunck pro κεῖνον· καλὸν l. Ruardi placebat in Valcken. notis; pro ὠρύσαντο Flor. et, apud Schwebelium, Ald. ὤδυ-ραντο. Aldi Veneta autem apud Valck. ἐδύραντο. 20. δρυμὼς Ald. Brunck. et Valck. et cod. Dorvill. δρυμὰς vulgo. ἀλαλεῖται Ald. 21. pro νύπλεκτος

Veneri quidem ſuauium, etiam non amplius viuentis placet:
Sed non ſenſit Adonis, quod ipſum morientem oſculata eſt.
Lamentor Adonidem: adlamentantur Amores.
Atrox, atrox vulnus habet in femore Adonis:
Maius autem Venus habet in corde vulnus.
Circa illum puerum et cari canes vlularunt
Et Nymphae plorant Oreades: ipſaque Venus
Solutis capillis, per nemora errat
Lugubris, incomta, nudis pedibus et rubi ipſam
Incedentem infeſtant, ac ſacrum ſanguinem carpunt.
Clara autem voce eiulans per longas valles fertur,
Aſſyrium clamore requirens maritum, et puerum vocans.
At circa ipſius vmbilicum ater ſanguis alte erumpebat.
Pectusque a femore cruentabatur: mammarum autem loca
Niuea prius Adonidi rubebant.
Heu, heu Venerem! adlamentantur Amores.
Amiſit formoſum illum virum, vnaque ſacram formam amiſit.

repoſuit Brunck νήπεκτος probatum olim Valckenario. 22. κείροντι codd. Dorville, edd. Ald. Flor. Valck. κείρευσι cod. reg. Pariſ. quo firmatur prior lectio. τείροντι alii. pro ἐρχομέναν ſuſpicatur Ruhnken apud Valck: σπερχομέναν. 23. κωκύοισα Brunck. 27. τὸ πάροιθεν Valk.

Κύπριδι μὲν καλὸν εἶδος, ὅτε ζώεσκεν Ἄδωνις·
Κάτθανε δ' ἁ μορφὰ σὺν Ἀδώνιδι Κύπριδος, αἴ, αἴ.
Ὤρεα πάντα λέγοντι, καὶ αἱ δρύες, αἴ τὸν Ἄδωνιν.
Καὶ ποταμοὶ κλαίοντι τὰ πένθεα τᾶς Ἀφροδίτας,
Καὶ παγαὶ τὸν Ἄδωνιν ἐν ὤρεσι δακρύοντι,
Ἄνθεα δ' ἐξ ὀδύνας ἐρυθαίνεται· ἁ δὲ κυθήρα
Πάντας ἀνὰ κναμὼς καὶ ἀνὰ πτόλιν οἰκτρὸν ἀείδει.

Αἲ αἲ τὰν Κυθέρειαν. Ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις·
Ἀχὼ δ' ἀντεβόασεν, ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις.
Κύπριδος αἰνὸν ἔρωτα τίς οὐκ ἔκλαυσεν ἄν; Αἲ, αἴ.
Ὡς ἴδεν, ὡς ἐνόησεν Ἀδώνιδος ἄσχετον ἕλκος,
Ὡς ἴδε φοίνιον αἷμα μαραινομένῳ περὶ μηρῷ.
Πάχεας ἀμπετάσασα, κινύρετο, Μεῖνον Ἄδωνι,
Δύσποτμε, μεῖνον Ἄδωνι, πανύστατον ὥς σε κιχείω,
Ὥς σε περιπτύξω, καὶ χείλεα χείλεσι μίξω.
Ἔγρεο τυτθὸν Ἄδωνι, τὸ δ' αὖ πύματόν με φίλασον·
Τοσσοῦτόν με φίλασον ὅσον ζώει τὸ φίλαμα·
Ἄχρις ἀπὸ ψυχῆς ἐς ἐμὸν στόμα κεὶς ἐμὸν ἧπαρ

Πνεῦ-

30. ὅτι Ald. ὅκα Brunck. 33. κλαίοντι, quod in hoc ipſo carmine ſimilia leguntur, cum Brunckio recepit Valcken, pro forma vulgari κλαίουσι. 34. οὔρεσι Ald. Callierg. Cratand. et Fulu. Vrſinus. 35. ἐρυθαίνεται Brunck, et ex ed. Flor. recepit Valck. vt ſuauius. ἐρυθραίνεται Fulu. Vrſinus et alii — κυθήρα pro vulgato, κυθήρη Valck. 36. ἀνακναμῶσ' ἀνάπαλιν ἀπὸ ἀείδει Ald. vide notam, poſt ἀείδει Heskin, quem ſequutus eſt Schier, loco maioris interpunctionis, ſi-

Veneri enim formoſa forma *fuit*, dum vixit Adonis:
Mortua autem cum Adonide eſt et forma Veneris;
heu, heu!
Montes omnes et quercus dicunt, heu Adonidem!
Et flumina deflent luctus Veneris,
Et fontes Adonidem in montibus deplorant,
Flores autem prae dolore rubeſiunt; Venus vero
Per omnes colles et per vrbem flebiliter canit,
Heu, heu Venerem! obiit formoſus Adonis;
Echoque reſpondet: obiit formoſus Adonis.
Veneris dirum amorem quis non deploret? heu,
heu!
Vt vidit, vt cognouit Adonidis inſanabile vulnus,
Vt vidit purpureum ſanguinem in marceſcente
femore,
Brachia expandens, gemendo dicebat, mane Adoni,
Miſer mane Adoni, vt te poſtremum reperiam,
Vt te amplectar, et labra labris miſceam.
Expergiſcere paulisper Adoni, iamque poſtremo
me oſculare:
Tantillum me oſculare, donec viuit oſculum;
Donec ab anima in meum os et in meum iecur

 Spi-

ue puncti, poſuit comma, arbitrans, verba ſequentis verſus eſſe ex perſona dolentis Veneris, et poſt Ἄδωνις verſ. 37. poſuit colon. Brunck. poſt ἀείδει et poſt Ἄδωνις colon. ſcripſit, et coniunxit verſ. 37. et 38. cum ſuperioribus. 40. ἐνόασεν, (qui doriſmus ſeruatus eſt in Idyll. II, 3.) Brunck. 44. περισμήξω Ald. tum χέιλεσ' ἀμύξω legendum perperam putauit Voſſius. 46. ζώη cod. Paris, edd. Ald. et Brunck. 47. κῆς Brunk. ex Ald.

Πνεῦμα τεὸν ῥεύσῃ, τὸ δὲ σεῦ γλυκὺ φίλτρον ἀμέλξω,
Ἐκ δὲ πίω τὸν ἔρωτα· φίλαμα δὲ τῦτο φυλάξω,
Ὡς αὐτὸν τὸν Ἄδωνιν· ἐπεὶ σύ με δύσμορε φεύγεις.
Φεύγεις μακρὸν Ἄδωνι, καὶ ἔρχεαι εἰς Ἀχέροντα,
Καὶ ϛυγνὸν βασιλῆα καὶ ἄγριον· ἁ δὲ τάλαινα
Ζώω, καὶ θεὸς ἐμμὶ καὶ ὐ δύναμαί σε διώκειν.
Λάμβανε Περσεφόνα τὸν ἐμὸν πόσιν· ἐσσὶ γὰρ αὐτὰ
Πολλὸν ἐμεῦ κρέσσων· τὸ τὲ πᾶν καλὸν ἐς σὲ καταῤῥεῖ·
Ἐιμὶ δ' ἐγὼ πανάποτμος, ἔχω δ' ἀκόρεϛον ἀνίην,
Καὶ κλαίω τὸν Ἄδωνιν, ὅ μοι θάνε, καὶ σὲ φοβεῦμαι.
Θνάσκεις, ὦ τριπόθατε· πόθος δέ μοι, ὡς ὄναρ, ἔπτη.

Χά-

inlectione κῦσ' ἐμόν. 48. ῥεύσει cod. Par. ed. Ald. ῥευσεῖ Brunck. ad dialecti normam. 51. Pierſonii ſuſpicionem (vide not.) οἴχεαι εἰς Ἀχερ. recepit Brunck in textum. 54. ἐσσὶ γὰρ ſic recte in edd. melioribus et recentioribus. ἐσσὶ καὶ al. 55 κρέσσων Brunck. et Valck. pro vulgato κρείσσων. mox πάγκαλον Ald denique elegantem lectionem a Fuluio Vrſino profectam πᾶν καλὸν ἐς σὲ καταῤῥεῖ receperunt poſteriores. ἐς σὲ καὶ ἄῤῥει Ald ἐς σὲ, καὶ ἄρῃ Florent. Callierg. et Steph. (in cuius tamen minore editione vertitur, *ad de deuoluitur*). Ex Florentina lectione Bonauentura Vulcanius male con-

Spiritus tuus fluxerit, et tuum dulcem amorem exſuxero,
Atque imbibero amorem: oſculum autem hoc aſſeruabo,
Tanquam ipſum Adonidem; quando tu me infelix fugis.
Fugis longe Adoni, et abis ad Acherontem,
Et triſtem regem et ſeuerum: ego vero miſera
Viuo, et Dea ſum, neque poſſum te ſequi.
Accipe Proſerpina virum meum: nam tu es
Longe me potentior; et, quicquid pulchrum eſt, ad te deuoluitur.
Sum autem ego valde infelix, et inexhauſto dolore conficior,
Deplorans Adonidem, quod mihi extinctus eſt, teque timeo.
Obis, o terque quaterque deſiderate: amor autem mihi, ſicut ſomnium, auolauit.

iiciendo et reſcribendo ἐς σὲ κοὺ Ἄδην locum deprauauit. ἐς τὲ καταῤῥῆ in textu reſcripſit Brunck. in notis vero monuit, ſcribendum eſſe, ἐς τὺ καταρ. 56. ἐμμὶ – et ἀνίαν Brunck. 57. φοβεῦμαι mutare voluit Koppiers in Obſeru. philologicis pag. 77. in φοβεῖται, idque repoſuit Brunck. ſed vide notam. φοβεῦμαι Vrſinus. κοὺ σὲ φοβεῦμαι Barthius apud Valcken. corrigendum putabat. 58. πόσις δ' ἐμὶν ὡς ὄναρ Brunck. et Valk. ait, ſe dudum vidiſſe emendandum πόσις δ' ἐμοὶ ὡς· quid? ſi πόθος rem amatam, et deſideratam, h. e. Adonida ipſum, interpretemur.

Χήρη δ' ἁ Κυθέρεια· κενοὶ δ' ἀνὰ δώματ' Ἔρωτες.
Σοὶ δ' ἅμα κεστὸς ὄλωλε· τί γὰρ τολμηρὲ κυναγεῖς;
Καλὸς ἐὼν τοσσοῦτον ἐμήνας θηρσὶ παλαίειν;
Ὧδ' ὀλοφύρατο Κύπρις· ἐπαιάζουσιν Ἔρωτες.

Αἲ, αἲ τὰν Κυθέρειαν· Ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις.
Δάκρυον ἁ Παφία τόσσον χέει, ὅσσον Ἄδωνις
Αἷμα χέει· τὰ δὲ πάντα ποτὶ χθονὶ γίγνεται ἄνθη.
Αἷμα ῥόδον τίκτει· τὰ δὲ δάκρυα τὰν Ἀνεμώναν·
Αἰάζω τὸν Ἄδωνιν· ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις.
Μηκέτ' ἐνὶ δρυμοῖσι τὸν ἀνέρα μύρεο, Κύπρι·
Ἔστ' ἀγαθὰ στιβὰς, ἔστιν Ἀδώνιδι φυλλὰς ἑτοίμα.
Λέκτρον ἔχει, Κυθέρεια, τὸ σὸν τόδε νεκρὸς Ἄδωνις·

καὶ

59. Valck. malit κενὸν δ' ἀνὰ δῶμα γ' Ἔρωτες. 60. Corrigo, ait Valck. (et equidem ſubſcribo): τί γὰρ, τολμηρὲ κυναγὲ, καλὸς ἐὼν τοσσοῦτο μέμηνας θηρσὶ παλαίειν; contra ἔμεινας *ſuſtinuiſti*, Callierg. Vrſinus et in contextu Brunck. qui etiam in notis illam lectionem alteri ſuae praefert coniecturae ἐμήναο. Ab Aldo eſt ἔμηνας. 64. τόσσον χέει Brunck et Valck. dederunt partim ex codd. et ex edit. Florent. partim ex coniectura D'Orville, ἐκχέει Heins. Heskin. Schier. ἐγχέει Callierg. Vrſin. Stephan. Vulcan. Schwebel. 68. ἐνὶ δρυμοῖς τεὸν ἀνέρα Steph. in margine et Brunck. 69. Ioan. Luzacii coniectura apud Valck. ἐσθ' ἁπαλὰ στιβὰς mi-

At vidua nunc Venus eſt; inanes ſunt in domo amores.
Tecum vero vna Ceſtus periit: quid enim temerarie venabaris?
Cum adeo pulcher eſſes, cum feris congredi auſus es?
Sic lugebat Venus: amores vna lugebant.
Heu, heu Venerem! obiit formoſus Adonis.
Lacrimarum Venus tantum effundit, quantum Adonis
Sanguinis fundit. Haec vero omnia in terra conuertuntur in flores:
Sanguis roſam gignit, ſed lacrimae anemonem.
Lamentor Adonidem: interiit formoſus Adonis.
Ne amplius in ſiluis virum deplora, o Venus:
Eſt recte inſtructus torus, eſt Adonidi torus paratus.
Tuum, o Venus, hunc lectulum tenet mortuus Adonis;

Et-

hi placet: nam epitheton ἀγαθὰ numquam h. l. potui aequo animo ferre; ſed poſterior verſus huius pars ſana eſt. Contra ϛιβὰς ἑτοίμα dedit Fulu. Vrſinus: Aldus vero ἐρήμα. 70. Propter verſ. 72. malim ſcribi cum Valcken. λέκτρον ἔχοι. frequens autem eſt modorum indicatiui et optatiui confuſio in libris antiquis, ob ſimilem ſonum in tertia perſona ſingularis. conf. Fiſcher ad Aeſchin. dial. pag. 77. Valck. ad Theocriti Adoniaz. pag. 290. Reliqua non mutarem in Bione, luſus ſectatore: Voſſius vero τὸ σὸν mutandum cenſuit in τὸ μὲν, Io. autem Ruardo placuit λέκτρον ἔχει, Κυθέρεια, τὸ σόνγ᾽, ἴδε, νεκρὸς Ἄ-

Et licet mortuus, tamen pulcher eſt: pulcher mortuus, quaſi dormiens.
Depone eum in mollibus veſtibus, in quibus cubabat,
In quibus tecum per noctem ſacrum ſomnum capiebat,
In aurea culcitra: (h. e. ſella apta, ſ. *lectulo, lectica,*) ama Adonin, etiamſi triſtis ſit adſpectu.
Depone (eum) inter coronas et flores: omnes cum eo,
Poſtquam iſte obiit, omnes, *inquam*, flores etiam contabuerunt.
Perfunde autem ipſum myrtis, *variis* olei generibus, perfunde vnguentis:
Pereant vnguenta omnia: tuum vnguentum periit, Adonis.
Recubat tener Adonis in veſtibus purpureis:
Circa autem eum plorantes gemunt Amores,
Tonſi capillos propter Adonidem; et hic quidem ſagittas,

Ille

quae quidem iteratio moleſta eſt: *καλοῖσιν* legi in Ald. ed. ſcripſit Schwebel. ſed id, fateor, mihi videri humile et tenue epitheton. Contra ex Ald. ed. et Brunck. et Valck. laudant *μύροισιν*, atque prior, hanc eſſe Aldinam lectionem, ſcribit, *ῥαῖνειν δέ μιν μύροισιν ἀλίφασι ῥαῖνε μύρεσσιν*. Schwebelius igitur et Brunck cum Valcken. diuerſas ex Aldinis exemplaribus lectiones excitant. Diuerſaene fuerunt ab Aldo curatae editiones Bionis et Moſchi cum Theocrito? v. Reiske in praefatione ad

Ὃς δ' ἐπὶ τόξον ἔβαιν', ὃς δ' εὔπτερον ἆγε φαρέτραν.
Χὼ μὲν ἔλυσε πέδιλον Ἀδώνιδος· ὃς δὲ λέβησι
Χρυσείοις φορέησιν ὕδωρ. ὁ δὲ μηρία λούει.
Ὃς δ' ὄπιθεν πτερύγεσσιν ἀναψύχει τὸν Ἄδωνιν.

Αὐτὰν τὰν Κυθέρειαν ἐπαιάζουσιν Ἔρωτες.
Ἔσβεσε λαμπάδα πᾶσαν ἐπὶ φλιαῖς Ὑμέναιος,
Καὶ στέφος ἐξεπέτασσε γαμήλιον· οὐκ ἔτι δ' Ὑμὰν,
Ὑμὰν οὐκ ἔτ' ἀειδόμενον μέλος, ᾄδεται αἶ, αἶ·
Αἶ, αἶ καὶ τὸν Ἄδωνιν ἔτι πλέον, ἢ Ὑμέναιος,
Αἱ χάριτες κλαίοντι τὸν υἱέα τῶ Κινύραο.
Ὤλετο καλὸς Ἄδωνις, ἐν ἀλλήλησι λέγοισαι·
Αὐταὶ δ' ὀξὺ λέγοντι πολὺ πλέον, ἢ τὺ, Διώνα.

καὶ

Theocritum. Br. autem ipſe repoſuit ex cod. Pariſino: ῥαῖνε δέ νιν καλοῖσιν ἀλείφασι. Acuta eſt Ruhnkenii emendatio: ῥαῖνε δέ μιν Συρίοισιν ἀλείφασι. 82. φαρέτραν Brunck et Valck. vulgo φαρέτρην. In ed. Florent. et marg. H. Steph. verſus ſic legitur: ὃς δ' ἐπὶ τόξον ἔκαιν' ὃς δὲ πτερόν. ὃς δὲ φαρέτρην. 83. 84. Valck. probat edit. Flor. lectionem, quam etiam dedit H. Steph. in marg. ὃς δὲ λέβητι χρυσείῳ φορέησιν ὕδωρ. Brunck λώει audaci coniectura ductus pro λούει ſcripſit. 86. Lennep. ad Coluth. pag. 172. αὐλὰν minus commodum locum obtinere, eiusque loco id, quod ſaepius in hoc carmine repetitur, ponendum putat: Αἶ, αἶ τὰν Κυθ. et ſic reſcripſit

Ille vero arcum calcat, alius bene refertam frangit pharetram:
Alius ſoluit calceamentum Adonidis, alius lebetibus
Aureis fert aquam, alius femora lauat:
Alius retro alis refrigerat Adonidem.
Ipſam Cytheream adlamentantur Amores.
Extinxit totam facem in limine Hymenaeus,
Et coronam expandit nuptialem: non amplius Hymen,
Hymen non amplius cantilena eſt; ſed cantatur, heu, heu!
Heu, heu Adonidem adhuc magis, quam Hymenaeus,
Charites deplorant filium Cinyrae,
Obiit formoſus Adonis, inter ſe dicentes;
Et id voce clariori dicunt, quam tu, Dione.

Et

Brunck. 89. ἐξεπέτασσε, *coronam reſolutam proiecit*, bene ſe habet. Pierſonii coniecturam in Veriſimil. p. 56. ἐξεκέδασσε in textum admiſit Brunck. ἐξεπάλαξε coniect. Waſſenberg. apud V. 89. ἄλλεται Ald. 90. Vulgo legitur Ὑμέναιον, addito puncto, quod olim explicui, *quod adtinet ad Adonidem — quod adtinet ad Hymenaeum.* At nunc placet cum Valcken. recipere Erneſti Guil. Higtii correctionem, ἢ Ὑμέναιος, adpicto commate, *Adonin magis adhuc, quam Hymenaeus, plorant Charites.* 91. τὸν υἱέα τὸν Κινύραο Vulcan. 92. ἀλλήλοισι Vrſinus, vitioſe. 93. Pierſon apud Valck. cui haud diſplicet, correxit αἴ αἴ δ' ὀξὺ λέγοντι. Origo lectionis in ed. Florent. δέξο (pro δ'

Καὶ Μοῖσαι τὸν Ἄδωνιν ἀνακλαίουσιν, Ἄδωνιν
Καί μιν ἐπαείδουσιν· ὁ δέ σφισιν οὐκ ἐπακούει,
Οὐ μὰν, οὐκ ἐθέλει, κώρα δέ μιν οὐκ ἀπολύει.
Λῆγε γόων, Κυθέρεια, τοσήμερον ἴσχεο κομμῶν·
Δεῖ σε πάλιν κλαῦσαι, πάλιν εἰς ἔτος ἄλλο δα-
κρῦσαι.

ὀξὺ) λέγοντι facile poteſt intelligi. 94. Μοῖσαι, haec lectio ab Bonauentura Vulcanio profecta, et ab recentiſſimis editoribus, Schier, Brunck, Valck. recepta aliisque eſt probata, (vide not. et ad Idyll. V. 3.) vulgo μοῖραι, quam quidem lect. Heskin in textu retinuit; in ora tamen addit: *forte*

Καὶ Μοῖσαι τὸν Ἄδωνιν ἀνακλαίουσιν, Ἄδωνιν
Καλὸν ἐπαείδουσιν.

quae emendatio non modo placuit Schierio et Valckenario, ſed etiam a Brunckio in textum admiſſa eſt: ſiquidem omnia clara reddit et elegantia, eoque iteratio τοῦ, Ἄδωνιν fit grauis non minus, quam iucunda. 95. ἐπακούει Stephanus in Poetis principibus et in minore edit. Theocriti, Bionis etc. dedit: quamnam vero Stephani editionem habuerit Schwebelius, dum adnotauit, ὑπακούει *Stephan.* equidem neſcio. Valcken. tamen οὐκ ὑπακούει potius legendum eſſe, iudicat. 96 Koenii emendationem ad Gregor. de Dialectis pag. 81. οὐ μὰν, οὐκ' ἐθέλει in textu repoſuit Brunck. ea quoque placet Valckenario, niſi, vt malit ἐθέλοι. Apud illum eumdem Higtius εἰ κ' ἐθέλοι coniecit. Infauſtis aui-

Et Muſae Adonidem deplorant, Adonidem,
Et ipſum cantu reuocant: at ille ipſus non exaudit:
Non ſane, neque poteſt: Proſerpina enim ipſum non dimittit.
Finem fac lugendi, Cytherea, et hodie molli parce querelae.
Oportet enim te rurſum lugere, atque in alium annum lacrimari.

bus tentauit Barth κώρα κύριν' (h. e. Adonim) οὐκ ἀπολύει. vide Schwebel. 97. Ingenioſam et mire probabilem coniecturam Barthii, Wakkeri et Ruhnkenii ἴσχεο κομμῶν in textum recepit Valcken. quem ſequi haud dubitaui.

ANIMADVERSIONES IN BIONIS IDYLL. I

*) Ἐπιτάφιος ſcil. λόγος, vel potius h. l. ᾠδή. De orationibus, laudationibus et carminibus funebribus, in honorem ingenio meritisque inſignium defunctorum apud Graecos Romanosque frequenter inſtitutis, vide Schwebelium.

**) Quae patria, quique parentes Adonidos fuerint, in tanta antiquitatis obſcuritate, et veterum mythologorum diſſenſu non liquet. Alii eum fingunt filium fuiſſe Cynirae, regis Aſſyriorum (vide v. 24. Schol. ad Theocritum I. 109. Hygin. cap. 58. et 242. Syrii vero et Aſſyrii plerumque pro iisdem habebantur: et Herodotus iam lib. I, 102. pag. 52. ed. Weſſelingii, quem vide, Aſſyrios ſignificatione vſurpat laxiore). Secundum Ouidium, Pindari ſcholiaſten, Heſychium

et Clementem Alexandrinnm, fuit regis Cypriorum, et Myrrhae ex inceſto coitu filius, et Paphi quidem filius eſt Ouidio, qui fabulam exornauit, X. Met. 298. ſqq. vbi v. Burm. notam, qui docet, *Myrrham* et *Smyrnam* de eadem dici promiſcue. Nam Smyrnae huiusque patris Theiantis proles eſt Antonino Liberali cap. 34. vbi vide Muncker et Verheyk. alii aliter tradiderunt: duosque fuiſſe Adonidas, Aſſyrium et Cyprium, haud omnino improbabilis ſententia eſt Coelii Rhodigini libr. XXIX. cap. 18. adde Apollodorum libr. III. cap. 3. et 4. qui, Dianae iracundia, Adonin in venatione ab apro percuſſum interiiſſe, narrat. Alii alios deos, interitus auctores fuiſſe finxerunt. Adonis vero, quod viuus a Venere adamatus, poſt interitum autem valde deploratus eſt, in Phoenicia, Aegypto, Cypro, Graecia aliisque regionibus celebrabatur, in eiusque honorem et propter Veneris luctum feſta, Ἀδώνια dicta, cum moeroris triſtitiaeque ſignificatione, a muliebribus praecipue, inſtituebantur. v. Theocr. Idyll. XV. ibique ſchol. ac Warton ad vv. 23. 81. ſqq. 99. 111. et 112. et Valcken. ad Theocr. Adon. pag. 192. Seyboldi V. Cl. Einleitung in die Mythologie pag. 114. et 119. ſqq. eaque, quae ad noſtrum Idyllium in Anthol. graeca poetica notaui. Atqui, quae ibi, ad bucolicum noſtrum carmen vberius explicandum, iam adtuli, hic nolo repetere. Noſtrum carmen illuſtrant gemmae in Begeri Theſauro Brandenb. vol. I. pag. 200. 202. et 205. ſq. Plutarchus autem egregie errat, dum opinatur, (in Symp. libr. IV. quaeſt. 5. pag. 667. ſqq. ed. Reiskii, vol. VIII. Opp. al. pag. 671.) feſtum tabernaculorum apud Iudaeos in hono-

honorem Bacchi, quem Adonidem eſſe dicit, inſtitutum fuiſſe. Contra omnis fabula de Adonide, cum Venere et Proſerpina, ortum duxit ex ſymbolica rei naturalis, praecipue ſolis, ſationis meſſisque doctrina apud diuerſos populos antiquiſſimos diuerſimode tradita, formis, quae in ſenſum caderent, fictis; a Graecis vero coniuncta omnia vni perſonae adſignata fuerunt et adficta, vera hiſtoria cum fabuloſa commixta: id quod partim iam vidit *Phurnutus* de natura deorum cap. 28. pag. 210. edit. Amſtelaedam. qui putat, aut potius ſomniat, Ἄδωνιν, ἀπὸ τοῦ ἅδειν, h. e. quod nos ſatiet cereali cibo, nomen accepiſſe, adde Euſebii praeparat. euangel. pag. 110. Symbolica doctrina de Venere Vrania, quae in veterum theologia *Luna* eſſe dicitur, et *Venere* terreſtri confuſa inter ſe eſſe potuit. Myſteria vero aeui ſunt recentioris. Dein eadem perſona ſub diuerſis nominibus apud diuerſas gentes, at non pari ſimilique modo culta eſt. Exempli gratia Herodotus I. cap. 131. de Venere et Mitra Perſarum haec, quae num vera ſint, illorum inquiſitio h. l. ad me non pertinet, memoriae prodidit: Ἐπιμεμαθήκασι δὲ, καὶ τῇ Οὐρανίῃ θύειν, παρά τε Ἀσσυρίων μαθόντες καὶ Ἀραβίων. Καλέουσι δὲ Ἀσσύριοι τὴν Ἀφροδίτην, Μύλιττα· Ἀράβιοι δὲ Ἄλιττα· Πέρσαι δὲ Μίτραν· vbi v. Weſſeling pag. 66. qui quoque laudat Ambroſium libr. II. c. Symmachum p. 840. *Coeleſtem Afri, Mithram Perſae, plerique Venerem colunt, pro diuerſitate nominis, non pro nominis varietate.* Sed haec ſufficiant.

***) In hoc idyllio omnes veneres, et gratias, quae huiusmodi poema ornari poſſint, coniunctas licet admirari. Senſus venuſtiſſimi, adfectus pathetici, et

 vehe-

vehementes, elocutionis curioſa felicitas, et quicquid animum in poeſi capit, lectorem ſimul feriunt: muſicus verborum praecipue delectus, delicata poſitio, numeroſa et dulcis in verſibus variatio, cum grata pauſarum harmonia, auribus adblandiuntur. Non immerito igitur hoc idyllium viri omnis aeui doctiſſimi inter perfectiſſimas antiquitatis reliquias poſuerunt. *Longopetraeus.* At enim, licet his virtutibus ſplendeat poeticis, corruptum tamen ingenii atque aetatis ſaeculum anxie quaeſitae nimisque feſtiue congeſtae elegantiae, nimiusque cultus et ornatus declarant. Illud vero idyllium Fuluius Vrſinus, Romanus, in MSStis codd. ſub Theocriti nomine circumferri obſeruat; atque vsque ad Henr. Stephanum, qui ſub nomine *Bionis* primus vulgauit, inter Theocriti carmina olim fuit editum. Camerarius tamen in edit. Theocriti, Haganoae 1530, illud quoque Bioni iam vindicauit. Noſtrum idyllium ſaepius imitatus eſt Moſchus in Iydllio III.

3. *φᾶρος* veſtis fuit longior, quae aliis ſuperinduēbatur, et de virili non minus, quam muliebri vſurpatur. Heſychius interpretatur *ἱμάτιον περιβόλαιον.*

4. *πλατάγησον στάθεα*) Ouid. Metam. libr. X. fab. 12.

vtque aethere vidit ab alto
Semianimem, inque ſuo iactantem ſanguine corpus,
Deſiliit: pariterque ſinus, pariterque capillos
Rupit, et indignis percuſſit pectora palmis.

Illud *capillos rupit* Bionis *λυσαμένα πλοκαμῖδας* (v. 20) conuenit. *Heskin.* Locum ex antiquitate copioſe explicat Schwebel.

5. λέγε

5. λέγε πᾶσιν) Haec lectio communi luctui adprime conuenit, nec mihi quidem videtur ſollicitanda: Waſſenbergius tamen apud Valck. legendum coniecit, λέγε παισὶν, *Cupidinibus*; Petro Fonteinio autem placebat ibidem, λίγα βῶσον, quod, ſi quid mutandum eſſet, et niſi id ab antiqua ſcriptura nimis recederet, potius deligerem.

7. μηρὸν ὀδόντι). Perplacet Valckenario elegans Io. Ruardi correctio μηρὸν Ἄδωνις λευκῷ λευκὸν ὀδόντι τυπείς, et Adonidis nomen hic repetitum. At luſum ingenii et verborum amat Bion.

8. Λευκῷ λευκὸν) Hic de re agitur grauiſſima: miſer Adonis, ipſi Veneri cariſſimus, aegre animam trahens, et iam iam moriturus, in ſuo ſanguine, corpus pulcherrimum iacet volutans,

— Dente album iacet heu! femur ictus
Albo heu! Dente album femur —

Sed qualis haec antitheſis! *albo dente! album femur!* Vtinam Bion non ita ſcripſiſſet! et cur ita Bionem ſcripſiſſe iudicaremus? Certe luſus iſte in verbis ineptus, puerilis et Bioni omnino indignus videtur. Quid ſi legeremus?

Κεῖται καλὸς Ἄδωνις ἐπ' ὤρεσι, μηρὸν ὀδόντι
Λυγρῷ λευκὸν ὀδόντι τυπείς.

ſcribam non nimis diligentem vocum ſimili ſono, aut dictantem litterarum non diſſimili ductu falli poſſe nemo negarit: ſed cum nulla librorum auctoritate nitatur haec coniectura, et, Bionem vitioſe potuiſſe ſcribere, non ſit omnino impoſſibile, nil pro certo adfirmare licet: quamquam multo leuioribus adducti rationibus

in veterum ſcriptis corrigendis maiores mutationes non ſine plauſu viri doctiſſimi ſaepe fecerunt. *Heskin.* vide V L. Ceterum, quod *in monte* Adonis percuſſus interiit, id bucolicum eſt: paſtores enim maxime degebant in montibus. Hinc verſ. 31. montes et quercus deplorant Adonidem. et apud Moſchum III, 23. montes ſilere dicuntur, Bione mortuo, et ibid. v. 126. Bion, a Plutone ad viuos remittendus, dicitur *montibus remitti*, ideoque ἐν ὄρει, ſimpliciter quoque ſumitur pro *rure*, et opponitur *vrbi*, vide verſ. 36. et Theocrit. XX, 44. 45. adde Theocr. III, 47. ſqq. de Venere. XI, 17. Virg. II. Ecl. 3 et 5. VI. Ecl. 52. ſqq. et conf. Warton ad Theocrit. VII, 51. pag. 86. ſq.

10. 11. ναρκῇ) vide V. L. illuſtrant hoc voc. Foeſius in Oeconomia Hippocratis pag. 424 et Matthaei in Lectionibus Mosquenſibus, vol. II. (Lipſiae 1779) p. 82. vbi inter alia hic laudat Schol. Sophocl. pag. 294. et Lex. A. νάρκη· ἔκλυσις μελῶν καὶ εἶδος ἰχθύος. idem ſcribit Cyrill. p. 408. — τὸ ῥόδον τῶ χείλεος, ornate: vide ad hunc verſum et ad verſ. 27. in Anthol. gr. poet. Theocr. VII, 121. τό τοι καλὸν ἄνθος ἀποῤῥεῖ *hic pulcer* formae *flos tibi defluit.*

ibid.) Editio Fuluii Vrſini χείλευς· minus numeroſe. Gemina fere deſcriptio apud Heliodorum libr. III. in extremo, Ἐδεδήλωτο μὲν ὁλοσχερῶς τῷ πάθει. καὶ τήν τε παρειὰν ἤδη τὸ ἄνθος ἔφευγε, καὶ τὸ φλέγον τῶ βλέμματος καθάπερ ὕδασιν ἐῴκει τοῖς δάκρυσιν ἀποσβεννομένον. *Inſeruiebat autem omnino huic affectui, et iam genas flos reliquit, et igneus ſplendor vultus, quaſi aquis, videbatur lacrimis extinctus.* Ouid. Met. III. fab. VI.

Et

Et neque iam color eſt mixto candore rubori,
Nec vigor, et vires, et quae modo viſa placebant.

Seneca Hyppolit. v. 375. ed. Gronou.

— — non idem vigor
Non ora tingens *nitida* purpureus rubor:
Populatur artus cura: iam greſſus tremunt,
Tenerque *nitidi* corporis cecidit decor:
Et qui tenebant ſigna Phoebaeae facis
Oculi, nihil gentile nec patrium micant.

Vbi pro *ora nitida*, mallem *ora niuea*. *Niueus* epitheton poetis vſitatiſſimum. Opponuntur inter ſe *niuea ora* et *purpureus rubor*. Sic Bion in Epithalamio Achillis et Deidamiae verſ. 18. Καὶ τόσον ἄνθος χιονέαις πόρφυρε παρειῆς. Muſaeus de amore Herus et Leandri verſ. 58.

Ἄκρα δὲ χιονέων φοινίσσετο κύκλα παρειῶν,
Summi vero niuearum rubebant circuli genarum.

Statius Achilleid lib. I.

— niueo natat ignis in ore
Purpureus. *Heskin.* adde v. 27. et not. in Anthol.

12. θνάσκει — ἀφήσει) ſic verſ. 46. ſqq. Ἔγρεο τυτθὸν - δύσμορε φεύγεις. Huc adludit Moſchus in Epitaphio Bionis verſ. 69.

Ἁ Κύπρις φιλέει σε πολὺ πλέον, ἢ τὸ φίλαμα,
Τὸ πρώαν τὸν Ἄδωνιν ἀποθνάσκοντα φίλασε.

Theocrit. Idyll. III, 47. eamdem habet ἔννοιαν.

Τὰν δὲ καλὰν Κυθέρειαν ἐν ὤρεσι μᾶλα νομεύων
Οὐχ οὕτως ὥ Ἄδονις ἐπὶ πλέον ἄγαγε λύσσας,
Ὡς' οὐδὲ φθίμενόν μιν ἄτερ μαζοῖο τίθητι;
Formoſam vero Venerem in montibus oues paſcens
Nonne adeo Adonis in tantam adegit rabiem doloris,

Vt ne mortuum quidem illum a ſuo amplexu dimittat.
LONGOPETR.

14. εἶδεν) ſic quoque Steph. in marg. et iam olim mihi placuit in Anthol. gr. poet. *Senſit* vero recte vertitur. Verba enim ſenſuum infinitis in locis permutari ſolent: ſic ἀκούειν pro *noſſe* Coluth verſ. 71.

17. ποτικάρδιον) conf. Theocr. XI, 15. XX, 17. Virg. IV. Aen. I. quae loca iam excitauit Schwebel.

18. ὠρύσαντο) ſimilis adfectus apud Senecam Hyppol. v. 1108.

*Moeſtae*que domini membra veſtigant canes. *Heskin.*

Quomodo παῖδα a nominatiuo παῖς poſſit deriuari, oſtendi ad h. l. in Anthol. gr. vbi etiam de vſu φίλος diſputaui.

22. κείροντι repoſui, potius auctoritati codicum, (vide Doruill. ad Charit. pag. 361) et pr. edd (vide V. L.) cedens, quam ſenſu veri motus: videſis notam ad Anthol. gr. poet. Audacter vero non minus, quam exquiſite κείροντι. ſiue τείροντι et δρέπονται. ad ornatum vero et actionem rei greſſumque Veneris celerrimum adprime oculis quaſi ſubiiciendum valent ἱερὸν et φορεῖται, *ſchwebt.* Noſter Theocritum I, 83. imitatus eſt. In verſ. 24. vel ipſe ſonus lugubris, concentus, et compoſitio vocabulorum πάθος bene indicant. Gori in Muſeo Flor. III. tab. 33. male explicat ex noſtro loco Venerem quamdam ſedentem pedesque abſtergentem: v. cel. Heyne Antiquariſche Aufſätze, P. I. vbi de Venere erudite diſputat, pag. 147.

24. Ἀσσύριον) Cinyrae et Myrrhae filius erat Adonis. Cinyram vero alii Cypri, et Arabiae, alii Aſſyriae regem tradunt. *Longopetr.* Alio modo apud Ne-

Nemeſian. Ecl. IV Lycidas et Mopſus, proprios cantantes amores, errant per ſiluas, et v. 12. canit poeta. *Sic ſua deſertis nudarunt vulnera ſiluis*, vbi Titius plura loca congeſſit ſimilia.

25. ἀμφὶ — ἠωρεῖτο) —

— Cruor emicat alte:
Non aliter, quam cum vitiato fiſtula plumbo
Scinditur, et tenues, ſtridente foramine, longe
Eiaculatur aquas, atque iſtibus aera rumpit.

Ouid. Met. IV. fab 4. v. 120. ſeq. Hoc omne vna voce ἠωρεῖτο incluſit Bion. *Heskin.* ab αἰωρέομαι, *attollor;* eſt igitur *cum impetu erupit*, *proſiluit.*

28. Αἰ, αἰ τὰν Κυθήρ). Adludit poeta ad feſti ritum: talia enim a mulieribus tunc lugubri voce cantari ſolebant. Ariſtoph. in Lyſiſtrat. — ἡ γυνὴ δὲ ὀρχουμένη

Αἰ, αἰ Ἄδωνιν, φησιν —

Mulier vero ſaltans, heu! heu Adonin! dicit. LONGOP. adde Schwebelii notam.

Ibid. Αἰ, αἰ — Ἔρωτες). Haec verba varie poſſunt intelligi, vel de Venere ipſa, vt Amores cum illa lamentari dicantur; vel ad foeminam canentem referri, vt dicat: *ah Venus! ah Venus! mecum adlamentantur Amores, et dicunt etiam: ah Venus! ah Venus!*

Alii ſic interpretantur, (ſublato ſcilicet puncto poſt Κυθέρειαν, et ita edidit F. Vrſinus) *Ah! ah miſeram Venerem Amores cum gemitu lamentantur.* Sed haec expoſitio paullum durior videtur. Partim e Longopr. *Heskin.* verſu ſeq. τὸν καλὸν multo fortius eſt aptiusque,

que, quam, quae Caſp. Barthii fuit ſuſpicio, σὸν καλόν.

31. κάτθανε) v. notam in v. 11. Moſchi in Epitaph. in Bionem *Hesk.*

33. Ὤρεα πάντα — Ἄδωνιν) Sic Moſchus in Epitaphio Bionis 3.

Νῦν φυτά μοι μύρεσθε, καὶ ἄλσεα νῦν γοάοισθε.

Virgil. Ecl. V, 27.

Daphni, tuum Poenos etiam ingemuiſſe leones
Interitum *montesque feri, ſiluaeque loquuntur.*

Ecl. IX, 14.

Illum etiam lauri, illum etiam fleuere myricae
Pinifer illum etiam ſola ſub rupe iacentem
Maenalus, et gelidi fleuerunt ſaxa Lycaei.

Nonnus libr. XV.

Ἡ γάμον ἐχθαίρουσα κινύρετο πάρθενος ἠχώ·
Καὶ δρύες ἐφθέγξαντο, τί σοι τόσον ἤλυθε, βοῦτα;
Nuptias odio habens dolebat virgo Echo:
Et quercus dixerunt, quid tibi tantum malum *venit,*
bubulce? HESKIN.

Adde Moſchum in Oaryſti verſ. 57. Quum Poetae totam naturam agentem et ſenſus capacem ſibi fingant, haud infrequens eſt illis, mari et terrae tribuere vocem, querelas, moeſtitiam, triſtitiam luctumque. v. Drackenb. ad Sil. Ital. VI, 145. et ad Virgil. V. Ecl. 26. 27. Burm. et Heyne. Sic quoque Valer. Flaccus III. vbi Hercules clamans Hylan errantem quaeſiuit, verſ. 584. ſqq. canit:

— — tali ſe concitat ardens
In iuga ſenta fuga: *pauet* omnis *conſcia* late

Sil-

Silua; pauent montes; luctu ſuccenſus acerbo
Quid ſtruat Alcides, tantaque quid adparet ira.[1]

Praeiuit iam Theocritus e.g. I, 71. et alibi. Hoc vero loco quia luget dea et amatus Adonis in monte occidit: vniuerſa natura it in ſocietatem moeſtitiae luctusque, montes et arbores lamentantur, et, quod apte ſequitur, Echo reddit ſonum lugubrem, ſiue, vt Virg. IV. Georg. 50. canit, *vocisque offenſa reſultat imago:* atque fluuii fonteſque, quoniam de montibus decurrunt cum impetu, lacrimantes lamentanteſque ornate inducuntur. Demto autem inuolucro ſymbolico, fabulae antiquiſſimae, quam Bion exornauit, ſenſus in eſt; hiemis tempeſtate, quando ſemen in terra occulitur, omnia eſſe triſtia.

33. *καὶ ποταμοὶ κλαίοντι)* Moſch. Epit. Bion. v. 2.

Καὶ ποταμοὶ κλαίοιτε τὸν ἱμερόεντα Βίωνα

et verſ. 29.

Κρανίδες ὠδύραντο, καὶ ὕδατα δάκρυα γέντο

vbi vide notas. *Heskin.*

35. *ἐρυθραίνεται)* Aliae editiones habent *ἐρυθαίνεται·* F. Vrſini, E. Vignon, B. Vulcani lectionem ſequor: ſed non multum refert. Moſchus in Epitaph, Bionis v. 4.

Ἄνθεα νῦν ϛυγνοῖσιν ἀποπνείοιτε κορύμβοις·
Νῦν ῥόδα φοινίσσεσθε τὰ πένθιμα, νῦν ἀνεμῶναι.
Heskin.

35. *ἁ δὲ Κυθήρη)* Poeta ſcite veram, et perſonatam Venerem confundit. Nam ad veram Venerem minus proprie adhibentur verba *ἀείδει*, et *ἀνὰ πτόλιν*. Illud *ἀείδει* inſano dolori verae Veneris minus conuenit:

nit: ficto perſonatae Veneris optime: quoniam hae querelae aut integrae, aut ſaltem ex parte decantabantur. Si autem Bion de vrbe, loco, vbi occiſus fuit Adonis, vicina, loqui voluiſſet, nominaſſet eam, nec voce adeo indiſcreta vſus fuiſſet. Talia nomina non niſi rebus iis, apud quos ſcripſit, aut loquitur aliquis, ſatis notis, et quas adpellatione particulari deſignare non opus erat, tribuuntur. Siculi, inter quos vitam agebat Bion, Syracuſas, *Vrbem*, τὴν πόλιν, et Siciliam, *inſulam*, τὴν νῆσον, κατ' ἐξοχὴν nominabant. Pleraque e *Longop* Ceterum verſus hi in omnibus editis, quaſi qui ſecundus ab hoc intercalaris fuiſſet, interpunguntur. Male, nam haec verba: αἰ, αἰ τὰν Κυθέρειαν· ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις· ſunt ex perſona Veneris dolentis, vti ex orationis ſerie, et verſu ſequenti,

Ἀχὼ δ' ἀντεβόασεν, ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις

liquido conſtat. Quare, hypodiaſtolen poſt ἀείδει, et mox poſt Ἄδωνις poſuimus, vbi aliis plena ponitur poſt vtrasque doces diſtinctio. *Heskin.* Hunc ſequutus eſt Schier. Haud male quidem diſputat Heskin: neque tamen vulgarem mutaui interpunctionem. verſ. 38. reſpondet quidem eleganter verſ. 36. verſus autem 37. eſſe videtur παρεμβεβλημένος ſiue intercalaris, vti verſ. 28.

36. ἀνὰ πτόλιν) Waſſenbergius apud Valcken. praeferebat, πᾶσαν πόλιν. Ruhnkenius vero legendum ſuſpicatur πάντας ἀνὰ κναμὼς κυανοστόλος οἰκτρὸν ἀείδει. Acute atque ingenioſe! ſed vide ad verſ. 8. notata. ἀείδει in ἀῦτεῖ mutandum cenſet Io. Luzacius.

38. Ἀχὼ) Nemes. Bucol. I, 72. ſqq. vbi v. interpret. *Silueſtris nunc te platanus, Meliboee, ſuſurrat;*

rat , Te pinus reboat, te quicquid carminis Echo Reſpondent ſiluae, te noſtra armenta loquuntur.

39. οὐκ ἔκλαυσεν ἄν) *quis non deploraſſet*, aut, *quis deplorare non ſolet?*

40. ὡς — ἐνόησε) alterum ὡς repetitum celeritatem ſignificat. *Vt vidit, vt*, h. e. ſtatim, *cognouit*, v. Moſch. II, 74. Lennep. ad Coluth. Animaduerſ. pag. 118. Schol. ad Theocr. III, 42. et quae ſcripſi ad Theocr. II, 82.

Ibid.) Similis fere deſcriptio apud Ouidium Metam. libr. III. fab. 4. nec minus tenera et pathetica:

Sed poſtquam remorata ſuos cognouit amores,
Percutit indignos claro plangore lacertos:
Et laniata comas: amplexaque corpus amatum,
Vulnera ſuppleuit lacrimis; fletumque cruori
Miſcuit, et gelidis in vultibus oſcula figens,
Pyrame, clamauit, quis te mihi caſus ademit?
Pyrame, reſponde, tua te cariſſima Thisbe
Nominat, exaudi, vultusque adtolle iacentes.
Ad nomen Thisbes oculos iam morte grauatos
Pyramus erexit, viſaque recondidit illa.

Nobiliſſimus profecto locus, et in quo verum Ouidii ingenium eluceſcit, quod nullis antiquorum, ni deſidia naturali eſſet praepeditum, ceſſiſſet. *Heskin.*

42. κινύρετο) *gemibunda eiulabat*, Schol. ad Apollon. Rhod. I, 292. Κινύρετο, ἐθρύνει. Κυρίως δὲ κινύρεσθαί ἐστιν ἐπὶ βοὸς, καὶ εἴρηται παρὰ τὸ κινεῖν τὴν οὐρὰν ἐν τῷ μυκᾶσθαι. — ἀμπετάζω eſt poetice pro ἀναπετάζω, *explico, expando*, conf. Valcken. ad Theocr. Adoniaz. pag. 309. Vt vero ſuauis, ita grauis Veneris eſt adlocutio.

44. χεῖ

44. χείλεσι μίξω) conf. Theocr. XII, 32. ibique Warton. XX, 4.

45. ἔγρεο — φίλασον) Praeter verſus huiusce ſenſum naturalem alius eſt longe pulcrior. Adludit poeta ad vltimum illud oſculum morienti cuiuis cariſſimo dari ſolitum. Oſculum hoc inter praecipua morientibus officia praeſtanda numerebatur: et veteres cum extremo amici ſui ſpiritu animam etiam ex ſe haurire et excipere credebant: vti ex ſqq. Bionis verſibus conſtat ἄχρις ἀπὸ ψυχῆς — φίλτρον ἀμέλξω. Sic apud Virgilium Aen. IV. Libr. verſ. 684. Anna Didus ſoror

— Extremus ſi quis ſuper halitus errat,
Ore legam. —

et Alcmena apud Senecam in Hercule Oetao, verſ. 1339.

Vbi natus? vbinam eſt? certa ſi viſus notet,
Recliuis ecce corde anhelanti aeſtuat.
Gemit: peractum eſt: membra complecti vltima,
O nate, liceat! *Spiritus fugiens meo*
Legatur ore! Bracchia in amplexus cape.

M. Tullius in Verrinis: *Vt extremum filiorum ſpiritum ore exciperc liceret.* Adi, ſi libeat, Cerdanum in Virgilii locum ſupra dictum, vbi moris huius aliqua etiam apud Graecos veſtigia citat. Pleraque ex Longopetr. *Heskin.* adde Moll. ad Longi Paſtor. pag. 15. et Burmann II. ad Anthol. vet. lat. III. epigr. pag. 219. verſ. 15.

Ibid.) Non omnino abſimilis apud Petronium locus, vbi, tempeſtate truculentiſſima omnibus iam, iam perituris, haec, Gitonem amplexus flensque, inquit Encolpius; "Et hoc a diis meruimus, vt nos ſola morte coniungerent; ſed non crudelis fortuna concedit.

Ecce

Ecce iam ratem fluctus euertet. Ecce iam amplexus amantium iratum diuidet mare. *Igitur ſi vere Encolpion dilexiſti, age! da oſcula, dum licet, et vltimum hoc gaudium* fatis *properantibus rape.„* Cap. 114. *Heskin. adde Theocr.* 23. 40. — τυτθὸν) τυτθὸν κυρίως, τὸ ἐπὶ τίτθιον βρέφος· παρὰ τὸν τυτθὸν, ὁ σημαίνει τὸν μαζόν. ὅθεν καὶ τυτθὴν λέγουσι τὴν ὀλίγην, ἢ μικράν. Schol. ad Theocr. I. verſ. 45.

47. Ἄχρις — ῥεύσῃ) Similis adfectus licet a cauſſa diuerſa apud Manilium libr. V. v. 623.

> Per noctesque patres cupiant extrema ſuorum
> Oſcula, et in proprias animam transferre medullas.

Vetus poeta in Catalect.

> Iungere et innumeras nexa per ora animas.

Propert libr. I. el. 13. 17.

> Et cupere aptatis animam deponere labris.

Ita recte emendauit Burmannus: vulgo *optatis:* — Phauorin. τί γὰρ ἄλλο ποιοῦσιν οἱ τῷ στόματι φάνοντες ἢ συνάπτουσι τὰς ψυχάς; *quid enim aliud faciunt ora iungentes, quam connectant animas?* Ariſtaenet. libr. II. ep. 19 Οὐ μόνον στέρνῳ ἁρμάζοντες, ἀλλὰ καὶ φιλήμασι ἐπισυνάπτοντες τὰς ψυχάς· τοῦτο γὰρ φίλημα δύναται, καὶ τοῦτο ἐστιν ὅ βούλεται· σπεύδουσιν αἱ ψυχαὶ διὰ τῶν σωμάτων πρὸς ἀλλήλας, καὶ περὶ τὰ χείλη συναντῶσιν· καὶ ἡ μῖξις αὕτη γλυκεῖα γίνεται τῶν ψυχῶν. *Non ſolum pectore cohaerentes, ſed et oſculis coniungentes animas, hoc enim oſculum valet, et hoc eſt, quod petit; feſtinant animae per ora inuicem, et circa labra coëunt: et hinc dulcis illa animarum ſit commixtio.* Videſis Petron cap. 132. Claudian. Feſcenin verſ. 120. Catull. ad Theotimum: Macrob. libr. II, cap. 2. Gellium libr.

libr. II. cap. 19. Theocr. Oaryſt. v. 61. et Paſſerat. ac Brockhus. ſupra citatum. — ἧπαρ) Veteres iecur amoris ſedem ſtatuerunt, quia ibi eſſe officinam ſanguinis, vnde materia ſeminis oritur, crediderunt. Teſtantur hoc iſti antiqui verſiculi:

> Cor ſapit, et pulmo loquitur, fel commouit iras,
> Splen ridere facit, cogit amare iecur.

Heskin.

49. ἐκ δὲ πίω τὸν Ἔρωτα) Virgil. Aen. I, 749.

> Nec non et vario noctem ſermone trahebat
> Infelix Dido, *longumque bibebat Amorem*

ſcite ludit auctor Epigramm. Anthol. libr. VII ad finem

> Κούρη τις μ' ἐφίλησε ποθέσπερα χείλεσιν ὑγροῖς·
> Νέκταρ ἔην τὸ φίλημα· τὸ γὰρ ςόμα Νέκταρος ἔπνει·
> Νῦν μεθύω τὸ φίλημα, πολὺν τὸν ἔρωτα πεπωκώς.
> *Virgo quaedam me oſculata eſt heri humidis labris:*
> *Nectar erit oſculum: nam os Nectar olebat:*
> *Nunc oſculo ebrius ſum, multo epoto amore.*

Vide Anacreontis od. 52. ed. Barnes, quae rectius tamen tribuitur Iuliano Aegyptio. *Heskin.*

51. 52. Καὶ ἔρχεαι — ἄγριον) Virgil. Georg. IV. 467.

> *Taenarias etiam fauces, alta oſtia Ditis,*
> *Et caligantem nigra formidine lucum,*
> *Ingreſſus, Maneſque adiit, regemque tremendum,*
> *Neſciaque humanis precibus manſueſcere corda.* HESKIN.

Pierſonii emendatio, οἴχεαι εἰς Ἀχερ. *abis, diſcedis*, in Veriſim. l. cap. 4. pag. 53. tam acuta, quam probabilis eſt, quoniam ἔρχομαι de *mortuis* h. l. languidum eſt, nec

nec ſatis aptum: οἴχομαι autem eleganter dicitur. vide Theocr. Epigr. VI, 3. ibique notam.

52. 53. διώκειν) Iuturna apud Virgilium ſic de Ioue conqueritur Aeneid. libr. XII. 1879.

Quo vitam dedit aeternam? cur mortis ademta eſt
Conditio? poſſem tantos finire dolores
Nunc certe, et miſero fratri comes ire per vmbras,
Iam mortalis ego.

Inachus apud Ouid. I. Metam. fab. 10. citante Longop.

Nec finire licet tantos mihi morte dolores:
Sed nocet eſſe deum: praecluſaque ianua leti
Aeternum noſtros luſtus extendit in aeuum.

Adamus apud Miltonem noſtratem:

— Why delays
His hand to execute; What his decree
Fix'd on this day? Why do I over-live?
Why am I mock'd with death, and lengthen'd out
To deathleſs pain. — P. L. B. 10. verſ. 771.

Similiter Spencerus noſtras, F. Q. B. 3. B. 4. ſt. 38.

O what avails it of immortal ſeed
To been ybred, and never born to die!
Far better I it deem to die with ſpeed,
Than waſte in woe, and wailfull miſerie.

HESKIN.

Magnifica iraeque et luſtus plena oratio! — διώκειν h. l. male vertitur *perſequi:* contra notat *ſequi.* Xenoph. M. S. II. 8, 5. χρὴ πειρᾶσθαι τοὺς τε φιλαιτίους φεύγειν, καὶ τοὺς εὐγνώμονας διώκειν. adde Warton ad Theocr. XI, 75. Noſter vero locus ſtat contra ſententiam Bentlei et Lennepii, qui ad Phalarid. Epiſt. p. 114. ſq. copioſus eſt de poteſtate voc. διώκειν. Prior

putat, antiquitus hoc verbum denotaſſe tantum *perſequi;* aut *deſiderare, ſectari, quaerere:* alter addit, etiam ſignificare *deſiderium quoddam cum ſtudio obtinendi coniunctum:* non *ſequi* ſimpliciter. — ϛυγνὸν βας. καὶ ἄγριον h. e. Plutonem v. Schwebel.

55. καταῤῥεῖ) Henr. Stephanus vertit: *et quicquid pulcrum eſt, ad te deuoluitur.* Recte, et quin genuinam lectionem prae oculis habuerit, nullus dubito: licet vitioſe ediderit ἐς σὲ, καὶ ἄρη. F. Vrſini et aliae deinceps edd. recte habent καταῤῥεῖ quas quum non vidiſſet B. Vulcanius, locum corruptum arbitratus ex coniectura edidit — ἐς σὲ καὶ Ἄδην, nulla neceſſitate; ſi modo alias editiones conſuluiſſet. Exhinc non vni aut alteri editioni fidendum adparet, ſed ſi quid ſcire velimus, exemplarium copiam nobis eſſe comparandam. Ceterum Longopetr. haec de Adonide interpretatur, vt ſit: *o Proſerpina ſponſum meum accipe. Vt tua meae ſors longe anteponenda! quidquid autem ille* (Adonis) *pulcri habet, ad te deſcendit.* Peſſime et contra linguae graecae genium, vt cuiuis doctiori adparet. Illud τὸ δὲ πᾶν καλὸν numquam ad Adonim poteſt referri; nec graecus quisquam ſcriptor dixiſſet, opinor, τὸ πᾶν καλὸν Ἀδώνιδος pro ὁ κάλλιϛος Ἄδωνις, nec ſi ita dici potuiſſet, hoc loco quiduis momenti haberet. nam, hoc conceſſo, dictum oportuit, τὸ δέ οἱ πᾶν καλὸν κ. τ. λ. Praeter ea haec expoſitio coactior, et paullum ſubtilior: vulgata naturalis, ideoque vera. Sic Catullus, (III, 14.) citante Longopetr.

At

At vobis male ſit malae tenebrae;
Orci, quae omnia bella deuoratis,
Tam bellum mihi paſſerem abſtuliſtis.

Quem huc reſpexiſſe non eſt dubitandum. Paullo latius dixit Ouidius Metamorph. X. fab. 10. vbi Orphea inferni mundi regem et reginam ita compellantem inducit:

— O poſita ſub terra numina mundi
In quem recidimus quidquid mortale creamur.

Heskin. ſuauiter vero dicitur καταῤῥεῖ *defluit.* Imitatus eſt noſter Theocr. I, 5. vbi vide notam Theocr. II, 89. XV, 59 et quae ibi adſcripſi de vſu verbi eleganti frequentique.

57. καί σε φοβεῦμαι) vide V. L. Koppierſii ſuſpicio, atque explicatio, *deploro Adonin, qui mihi periit, et tuas nunc leges reueretur*, valet et ſpecie et gratia. At enim ſummae et a Bione omnibus coloribus depictae triſtitiae iraeque Veneris aptior et grauior oratio eſt καί σε φοβεῦμαι. Summa vero his verbis vis ineſt, nec id vel deae in ſummo luctu in Bioniſque φαντασίᾳ incongruum.

58. θνάσκεις, ὦ τριπόθατε) Theocr. Syracus. verſ. 56. ὁ τριφίλατος Ἄδωνις. Vtrumque eodem dicitur modo, quo, *o terque quaterque beati!* — Non quod Scholiaſtes in Theocritum fabulatur, quia Adonis amatus fuit a Ioue, Venere et pina. Vix alibi a Ioue amatum leges. Partim a Longop. *Heskin.* vide Valcken. ad Theocr. Adoniaz. pag. 378. — Anton. Liberal. cap. 34. fin. τὸ δὲ βρέφος Διὸς βουλῇ τρεφόμενον ὠνόμασεν Ἄδωνιν, (matre n. a Ioue in arborem conuerſa), καὶ αὐτὸν Ἀφροδίτη πλεῖστον ἠγάπησε διὰ τὸ κάλ-

λος· at quam graue et ſublime eſt verbum ſimplex θνάσκεις!

60. κεϛὸς ὄλωλε) Ita Veneris ceſtum deſcribit Homerus Iliad. XIV, 214.

Ἦ, καὶ ἀπὸ ϛήθεσφιν ἐλύσατο κεϛὸν ἱμάντα
Ποικίλον, ἔνθα δέ οἱ θελκτήρια πάντα τέτυκτο,
Ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαρισὺς,
Πάρφασις, ἥτ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων.

Dixit, et a pectoribus ſolvit acu pictum cingulum
Varium, in eo autem ſibi delinamenta omnia incluſa erant,
Ibi inerat amor, inerat deſiderium, inerat et amantium colloquium,
Blandiloquentia ſcilicet, *quae furtim ſurripit mentem etiam prudentium.* HESKIN.

De voc. κεϛός v. indicem ad Anthol. gr. poet. h. v.

61. παλλίειν) Nonnus libr. XLI. Dionyſiacor. Adonim a Marte zelotypo, qui apri formam induiſſet, occiſum fabulatur.

— — ἐπεὶ συὸς εἰκόνι μορφῆς
Ἄρης καρχαρόδων θανατηφόρον ἰὸν ἰάλλων
Ζηλομανὴς ἤμελλεν Ἀδώνιδι πότμον ὑφαίνειν.

— — *poſtquam ſuis imagini formae*
Mars validos dentes habens mortiferum telum emittens
Zelo furioſus voluit Adonidi interitum texere.

Sanctus etiam Cyrillus in Iſaiam libr. 2. t. 3. eamdem narrat hiſtoriam. *Longop.*

65. τὰ δὲ πάντα) Valcken. littera mutata legendum arbitratur: τὰ δὲ πακτὰ (id eſt πηκτὰ ſiue πεπηγ-

πηγμένα) ποτὶ χθονὶ γίγνεται ἄνθη, terrae affixi ſanguinis grumi Venerisque lacrimae mutantur in flores.

66. αἷμα - Ἀνεμώναν) Plerique auctores dicunt, non roſam, ſed anemonem natam eſſe ex ſanguine Adonidis. vide ſchol. in Theocriti Idyll. V. verſ. 92. *Longop.* Ouid. Metam. lib. X. fab. 12.

At cruor in florem mutabitur: —
ſic fata cruorem
Nectáre odorato ſpargit: qui tactus ab illo
Intumuit: ſic vt pluuio pellucida coelo
Surgere bulla ſolet: nec plena longior hora
Facta mora eſt; cum flos e ſanguine concolor ortus;
Qualem, quae lento celant ſub cortice granum,
Punica ferre ſolent: breuis eſt tamen vſus in illis
Namque male haerentem, et nimia leuitate caducum
Excutiunt idem, qui praeſtant nomina, venti.

Aphthonius in Progymn. rhet. roſam e cruore, qui e Veneris planta (dum inter dumeta Adonim quaerens vagaretur) vulnerata manabat, ortam tradit. *Heskin.* conf. Moſchus III, 5. De Anemone, Küchenſchelle, v. Bergſträſſer Realwörterbuch. vol. II. pag. 451. ſqq. qui ex Dioſcoride (II, 207.) deſcriptionem illius herbae ſuppeditat, Plin. H. N. XXI, 23. Vulcan. et Schwebel. ad noſtrum locum. Vulcanius vero, qui adfirmat, Anemonem aptiorem Veneri eſſe, quam papauer, valde errat. vide libr. Papauer ex omni antiquitate erutum, Noribergae 1713. pag. 118. ſqq. Aliam roſae originem tradit Anacreon. od. LIII, 30. ſqq. Ita variare, fabularumque originem rei et ingenio vel carminis vel ſuo varie adcommodare ſolebant poetae. — Plane contrario modo cecinit Shackeſpeare in Othello

Act. IV. ſc. 6. *O devil, devil! If that the earth could teem with woman's tears Each trop ſhe falls, would prove a crocodile;* quae interpr. germ. vertit: *O Teufel, Teufel! Könnten Weiberthränen in der Erde keimen, ieder Tropfen, den ſie fallen läſst, müſste ein Crocodill werden.*

68. Μηκέτ' - Κύπρι) Sic ſupra, ἀνὰ δρυμὼς ἀλάληται πενθαλέα. Theocrit. Idyll. XX, 34. Venerem ſiluas doloris ſui teſtes adhibuiſſe, quoniam olim voluptatum ſuarum conſciae fuiſſent, innuit,

> Οὐκ ἔγνω δ' ὅτι Κύπρις ἐπ' ἀνέρι μήνατο βώτᾳ,
> Καὶ Φρυγίης ἐνόμευσεν ἐν ὤρεσιν· αὐτὸν Ἄδωνιν
> Ἐν δρυμοῖσι φίλασε, καὶ ἐν δρυμοῖσιν ἔκλαυσεν.
> *Neque ſcit, quod Venus amore bubulci inſaniuit,*
> *Et in Phrygiae montibus vna pauit: ipſumque Adonim*
> *In ſiluis amauit. in ſiluis deplorauit.* LONGOP.

69. ἔς' ἀγαθὰ - ἑτοίμα) In feſtis iſtis Adonidem perſonatum in lecto ſuperbo locabant. Theocr. Syracus. ſiue Idyll. XV, 125.

> Πορφύρεοι δὲ τάπητες ἄνω μαλακώτεροι ὕπνω·
> Ἔςρωται κλίνα τῷ Ἀδώνιδι τῷ καλῷ ἄλλα·
> Τὰν μὲν Κύπριν ἔχει, τὰν δ' ὁ ῥοδοπάχυς Ἄδωνις.
> *Et purpurei tapetes in ſuperiore parte, molliora ſomno:*
> *Stratus eſt alius torus Adonidi pulcro:*
> *Alterum tenet Venus, alterum formoſus Adonis.*
> LONGOP.

Στιβὰς eſt ſtratum humile ex herba congeſtum. vide Theocr. VII, 68. ibique notam, Schol. ad Theocr. XIII, 34. Heſych. h. v. et φυλλὰς cumulus foliorum ari-

aridorum, ſecundum Heſychium h. v. vbi vide Alberti, forte tamen ἀγαθὰ aliis placet, vt vertatur, *commoda.* Vim enim atque poteſtatem voc. ἀγαθὸς late patere, conſtat: quare id loco ſuo non moui.

70. τὸ σὸν τόδε) iteratio perpetua vocalis *O* in altera huius verſus parte, et articulus bis repetitus τὸ — τὸδε vim doloris et luctus magnitudinem luſumque ingenii optime declarant. Nulla igitur mutatione opus eſſe videtur.

73. ἱερὸν ὕπνον ἐμόχθει) ὕπνον ἐμόχθειν eſt ſingularis quaedam loquutio, quam vix alibi inuenias. Nocturnas Veneris et Adonidis voluptates caſtiſſimis verbis deſignat poeta. *Heskin.* ἱερὸς ὕπνος igitur eſt ſomnus cum ſancta, i. e. dea, Venere.

74. — Ἄδωνιν) i. e. quum autem Adonim in aurea culcitra depones, gaudia, quae ibi tecum capiebat, in mentem reuoca, et amiſſum maritum, ***miſerum Adonim***, deſidera

> Hic fuit, hic iacuit, thalamo requieuimus illo,
> Hic mihi laſciua gaudia nocte dedit.

Ouid. de Rem. Amor. libr. II. v. 727. *Heskin.* Valckenario verba πόθει καὶ συγν. Ἀδ. vitiata eſſe videntur, et melior lectio παγχρύσῳ κλιντῆρι ποθεινὸν συγνὸν Ἄδωνιν, addit tamen, niſi ſenſus ſit, τὰ φάρη, οἷς ἐνίαυε, ποθεῖ, ſiue ποθοῦσιν Ἄδωνιν, καὶ συγνὸν ὄντα. Atque poſtremam interpretationem et correctionem, antequam Valckenarii animaduerſionem legiſſem, animo conceperam. Aurea vero fingitur a Bione aut aliis, quos ille imitatus eſt, lectica, quoniam Venus et dea fuit, et auri, illi quoque ſacri, amans. Theocrit. XV, 101.

75. βάλλε - ἄνθεσι) Mortuos coronare ſolebant veteres. Sic apud Euripidem in Phoeniſſ. Creon de Polynice loquens, v. 1626.

Ὃς ἂν νεκρὸν τὸν δ' ἢ καταςέφων ἁλῷ
Ἢ γῇ καλύπτων θάνατον ἀνταλλάξεται.

Quicunque deprehenſus fuerit hunc mortuum aut coronans
Aut terra tegens, morte luet.

Sic et idem poeta in Hercule furente v. 525.

— Τί χρῆμα; τέκν' ὁρῶ πρὸ δωμάτων
Στολμοῖσι νεκρῶν κρᾶτας ἐξεςεμμένα.

— *Quid rei eſt? video liberos ante domum*
Apparatu mortuorum capita coronatos.

Vide etiam, ſi plura vis, Chionis epiſtolam ad Platonem. Huius moris hanc cauſſam adfert Clemens Alexandrinus Στρωμ. libr. III. cap. 8. Ἀςχλῆτε δὲ ἀμεριμνίας ὁ ςέφανος σύμβολον· ταῦτα καὶ τὰς νεκροὺς καταςεφανοῦσιν. *Imperturbatae tranquillitatis corona eſt ſymbolum: ob hanc cauſſam mortuos coronant.* LONGOP. Audax eſt et ab antiqua ſcriptura valde diſcedens, licet ingenioſa praecipue in voce κῆπος, ſacris Adonidos, adcommodata, ſuſpicio E. H. van Eldik: βάλλε δ' ἐνὶ στεφάνοισι, καὶ ἄνθεσι πάσσε· σὺν αὐτῷ χὠ κῆπος τέθνακε, καὶ ἄνθεα πάντ' ἐμαράνθη. Propius tamen accedit vulgatas litteras coniectura Io. Luzacii, apud Valcken. legentis: βάλλε δ' ἐνὶ στεφάνοισι καὶ ἄνθεα πάντα· σὺν αὐτῷ, ὡς τῆνος τέθνακε, καὶ ἄνθεα πάντ' ἐμαράνθη.

78. μύρτοισιν) Hoc voc. defendit Schwebel, (vide V. L.) quod myrtus Veneri ſacra habebatur: cuius rei

rei hanc cauſſam adfert Seruius ad Virgil. II. Georgic. 65. vel quod haec arbor gaudet litoribus, et Venus de mari dicitur procreata; vel quod, vt medicorum indicant libri, haec arbor apta eſt mulierum neceſſitatibus plurimis. Καλοῖσιν dedit, tamquam Aldinum, Stroth in ſua Creſtom. graeca: pro altera tamen μύροισιν, quod habent quoque editiones Crantand. et Plant. ſuadet μυρίοισιν, quoniam prima ſyllaba etiam poſſit corripi.

Ibid. τὸν σὸν μύρον) Hoc nomen (μύρον) apud Graecos amantibus compellatio fuit familiaris. Sic vetus epigramma,

> Πέμπω σοι μύρον ἡδὺ, μύρῳ τὸ μύρον θεραπεύων·
> Ὡς Βρομίῳ σπένδων νᾶμα τὸ τοῦ Βρομίου.
>
> *Mitto tibi vnguentum ſuaue, vnguento vnguentum praebens:*
> *Vt Baccho libans laticem Bacchi.*

Hic vero μύρον feminae nomen non fuiſſe, quod aliquis forſan obiecerit, ex alio liquet epigrammate

> Ἡ δέ πάρος σε καλοῦσα μύρον, καὶ τερπνὸν Ἄδωνιν
> Μηνοφίλα, νῦν τοι τ' οὔνομα πυνθάνεται.
>
> *Quae olim te vnguentuum ſuum vocabat, et dulcem Adonim*
> *Menophile, nunc te nomen tuum rogat.*

Et apud Plautum Moſtellar. Act. I. ſc. 3. Philematio roganti, *Vin' vnguenta?* lepide reſpondet Philolaches amator, *Quid opus eſt? cum Stacta accubo.* Nec tales adpellationes cuiuis, qui alias multo magis auribus noſtris inſolentes apud Comicos legerit, admirationi erit. Plautus Aſinar. Act. III. ſc. 3. "*Philem.*

 Da

Da meus ocellus, da mea roſa, da mi anime, da mea voluptas, Leonida, argentum mihi, ne nos diſiunge amantes. *Leon.* Dic igitur me tuum *paſſerculum*, *gallinam*, *coturnicem*, *Agnellum*, *haedillum* me *tuum* dic eſſe, vitellum, „ et mox: "*Philem.* O! Libane, ocellus aureus, donum decusque amoris, Amabo, faciam, quod voles: da iſthic argentum nobis. *Lib.* Dic igitur me anaticulam, columbam, vel catellum, Hirundinem, monedulam, paſſerculum puſillum.„ Pleraque ex *Longop. Hesk.* Bene quidem! atque de voc. μύρον v. Spanhem. ad Callim. H. in Pallad. v. 15.16. at quod Plautinum; quod comicum eſt; quod homines de plebe decet, id non aptum eſt carmini nobili, ſacra et luctum deae celebranti, quod inſuper multis locis ſublimitatem ſententiarum et magnitudinem verborum ſpirat. Hic luſus verborum mihi quidem, hoc loco ineptus eſſe videtur. Iocus eſt apud Anacr. od. 20, 10. ſq. Ὅπως σε χρῶτα λέσω, Μύρον, γύναι, γενοίμην.

80 - 85. Hic locus eſt vnus ex nobiliſſimis, et vere poeticus. Vide! quanta ſit varietas atque ſuauitas in hac pictura poetica! Omnes Amores eunt in luctus ſocietatem; at alius aliter declarat moerorem atque commiſerationem. Quam feſtiue agit Amor in verſ. 85! compara Ouid. libr. III. Amor. el. IIX, 7. in mortem Tibulli. Sed praeſtat Bion. v. ad v. 85.

80. Αμφὶ. ἔρωτες) Imitatus eſt Moſchus in ipſius Bionis Epitaphio v. 68.

Καὶ ξυγνὸν περὶ σῆμα τεὸν κλαίουσι Ἔρωτες. Ceterum, vt notauit Longopetraeus, in Adonidis pompa funebri ficti Amores numquam omittebantur. Theocritus Syrac. v. 119.

χλω-

Χλωραὶ δὲ σκίαδες μαλακᾷ βρίθοντι ἀνήθῳ
Δέδμανθ᾽· οἱ δέ τε κῶροι ὑπερπωτῶνται Ἔρωτες.
Viridia quoque vmbracula molli tecta anetho
Extructa ſunt, et pueri ſuperuolitant Amores.
HESKIN.

81. κειρ. - Ἀδώνιδι) Euulſos ac tonſos, raſosque crines in funebri luctu ſolebant mortuis offerre; et ſuper ipſorum pectora inhumandos, ſi inhumaretur cadauer; cremandos, ſi cremaretur, vel ſuper tumulos ponere vel etiam rogo iniicere parentandi gratia. Et hic quidem vetuſtiſſimus fuit mos. Homer. Odyſſ. IV, 197.

Τοῦτο νυ καὶ γέρας οἶον ὀϊζυροῖσι βροτοῖσι
Κείρασθαί τε κόμην, βαλέειν τ᾽ ἀπὸ δάκρυ παρειῶν.
Illud certe munus eſt miſerorum mortalium,
Tondere comas, perfundereque lacrimas a genis.

Iliad Ψ. v. 141. de Achille.

Στὰς ἀπάνευθε πυρῆς ξανθὴν ἀπεκείρατο χαίτην·
— ἐν χερσὶ κόμην ἑτάροιο φίλοιο
Θῆκεν.
Stans ſeorſim a pyra flauam abſcidit comam:
— in manibus comam dilecti ſodalis
Poſuit.

Et ſupra de Myrmidonum exercitu, v. 135.

Θριξὶ δὲ πάντα νέκυν καταείνυον, ἃς ἐπέβαλλον
Κειρόμενοι.
Capillis vero totum mortuum tegebant; quos iniiciebant
Tondentes.

Sophocles Electr. v. 450.

Συ

— Σὺ δὲ
Τεμῦσα κρατὸς βοςρύχων ἄκρας φόβας,
Κ' ἁμῦ ταλαίνης, σμικρὰ μὲν τάδ', ἀλλ' ὅμως
Ἅ 'χω, δὸς αὐτῷ τήνδ' ἀλιπαρῆ τρίχα.

— *Tu vero*
Praecide de capite tuo cincinnorum ſummas comas,
Meique miſerae, (parua quidem haec ſunt, quae tamen
Habeo omnia) et patri da ſqualidum hunc capillum.

Vbi aliam elegantem lectionem refert Scholiaſtes, τήνδε λιπαρῆ τρίχα. comae enim parentandi cauſſa tondebantur. Ipſe Sophocles vacat, ἱκτήριον θησαυρὸν, ſupplicantium theſaurum, in Aiace Flag. v. 1194. Elegans etiam vulgaris lectio. Vtra ſit verior, ſtatuant eruditiores. Petron. cap. 111. de matrona Epheſia, — lacerauit vehementius pectus, ruptosque crines ſuper pectus iacentis impoſuit. — Vide, ſi libeat, Callimach. H. in Dianam v. 126. et interpretes ibi: Statium Theb. libr. VI. v. 114. Dionyſ. Halicarn. libr. II. de Virginiae funere; Sapphus Epigr. II. Ouid Metam. III. fab. 6. v. 105. *Heskin.* adde Wolf ad Sapphus reliquias, n. 66. pag. 80. Feithii Antiquitatt. Homer. pag. 105. cum Stoeberi Animaduerſ. pag. 27. Hadrian. Iunium de Coma cap. V. Antiquitus etiam morem fuiſſe, in luctu radere ſupercilia, tradit Artemidorus libr. I. cap. 27. apud Schwebelium, quem conſules. — Οἰςῶς. vide Moll. ad Longi Paſtor. pag. 47.

83. λέβησι - λύει) Sic apud Virgilium Anna, Didus ſoror, Aen. libr. IV, 683. *Date vulnera lymphis Abluam.* et mater Euryali Aen. IX, 486. queritur: *nec vulnera laui.* Nec aqua ad vulnus ſolum, ſed ad totum

tum corpus lauandum adferebatur. *Longop.* Virg. Aen. VI, 218.

> Pars calidos latices, et ahena vndantia flammis.
> Expediunt: corpusque lauant frigentis, et vngunt:
> Fit gemitus: tum membra toro defleta reponunt,
> Purpureasque ſuper veſtes, velamina nota,
> Coniiciunt. —

Quae ex Homero ſumſit Iliad. XIIX, 349.

> Αὐτὰρ ἐπειδὴ ζέσσεν ὕδωρ ἐνὶ ἤνοπι χαλκῷ
> Καὶ τόδε δὴ λοῦσάν τε, καὶ ἤλειψαν λίπ' ελαίῳ
> Ἐν δ' ὠτειλὰς πλῆσαν ἀλεὶφατος ἐννεώρɛιο.
> Ἐν λεχέεσσι δὲ θέντες, ἑανῷ λιτὶ κάλυψαν
> Ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς, καθύπερθε δὲ φάρεϊ λευκῷ.
> *Vt vero feruefacta eſt aqua in ſonoro aere,*
> *Tum ſtatim laueruntque, et vnxerunt pingui oleo:*
> *Vulnera autem replerunt vnguento nouenni.*
> *In lectis vero poſitum tenui linteo texerunt*
> *Ad pedes a capite: deſuper autem, palla candida.*

Vide etiam Iliad. ω. 587. Ordo talis fuit. 1) Aquis calidis cadauer lauabant: 2) vnguento vngebant: 3) in toro, lecto e ſtragulis ac veſtibus congeſto, locabant. Singula haec, licet non ordine, memorat Bion. Ablutionibus et vnctionibus mortuorum vſi ſunt Hebraei ab omni aeuo: qui ritus poſtea a plerisque populis receptus et ab Aegyptiis exenteratione et operoſiſſimis conditoris auctus. Vide Geneſ. cap. 50. v. 26. *Heskin.*

85. ὃς - Ἄδωνιν) Eadem Anacreonti ἔννοια, (vel potius Anacreontem imitatus eſt Bion,) Od. 7. v. 7. ſqq. (in exemplo Barnes. od. VIII. vide eius notam).

Κρα-

Κραδίη δὲ ῥινὸς ἄχρις
Ἀνέβαινε, κᾀν ἀπέσβην·
Ὁ δ᾽ Ἔρως μετώπα σείων
Ἁπαλοῖς πτερεῖσιν εἶπεν.
Cor indé meúm narem vſque
Adſcendit, et tantum non ſum extinctus:
Cupido vero mihi frontem ventilans
Mollibus ſuis pennis, dixit. HESKIN.

Imitatus eſt Ouid. libr. III. Amor. eleg. VIII. in qua Tibulli mortem deflet, verſ. 7. ſqq. Sed Bion praeſtat ornatu.

Ecce puer Veneris fert euerſamque pharetram,
Et fractos arcus, et ſine luce facem.
Adſpice, demiſſis vt eat miſerabilis alis,
Pectoraque infeſta tundat aperta manu. — —
Nec minus eſt confuſa Venus, moriente Tibullo,
Quam iuueni rupit quum ferus inguen aper &c.

87. 88. Hymenaeus, deus nuptiarum, genialem coronam, γαμήλιον (v. indicem ad Anthol. gr. poet. h. v. Paſchal de Coronis libr. II. cap. 16. et 17.) capite ſolutam excuſſit, tedasque exſtinxit nuptiales, quod fauſtis tantum auſpicatisque nuptiis intereſſe credebatur. Ouid. Heroid. XI, 101.

Tolle procul decepte faces Hymenaee maritas,
Et fuge turbato tecta nefanda pede.

et ibid. de Hymenaeo XXI. v. 165.

Proiicit ipſe ſuas, deducta fronte, coronas
Spiſſaque de nitidis tergit amoma comis.

adde Schwebel ad noſtrum locum, et Catull. LXI, 5 - 10.

90. καὶ

90. καὶ τὸν Ἄδονιν) καλὸν Ἄδωνιν legendum eſſe cenſet Waſſenbergius apud Valck.

94. καὶ Μοῖραι τὸν Ἄδωνιν ἀνακλ. Ἄδωνιν καί μιν ἐπαείδουσιν) Huic loco plus, quam ſimplex ineſſe videtur mendum. De ſingulis ſeparatim. Primum, καὶ Μοῖραι τὸν Ἄδωνιν ἐπαείδουσιν — Quid cum Muſis commercii Parcae habent? Certe tetrica iſta numina carmina calluiſſe numquam noueram. Longopetraeus, qui huius obiectionis vim percepiſſet, haec de cantibus magicis intelligit: et verbum ἐπαείδειν tales cantus ſignificare notat; et multa inſuper loca congerit, quibus vulnera cantu magico mederi poſſe, (ſecundum veterum opinionem) comprobet. Fruſtra, et infelici omnino conatu. Quid enim Parcis cum cantu magico? ſcilicet, vt defunctum ad vitam reuocarent Adonim! At Parcis vitae, mortisque poteſtatem datam, nemo neſcit. Cur de vita eximunt, exemtum carmine magico ſtudent reuocare? Cur Proſerpinam, Dominam ſuam, quae Adonim amabat, Veneri poſthabuerunt? Iam, credo, legendum eſſe Μοῖσαι, omnes vident. Verbum autem ἐπαείδειν, licet *incantare* ſignificet, primo ſenſu ſignificat *accinere*, vnde ἐπῳδὴ etiam ſimpliciter pro carmine vſurpatur: vim verbi exprimit vulgata verſio, et *carmine ipſum reuocant*. Recte poſt Amores, Hymenaeum, Gratiasque, Muſas memorat poeta, perpetuas eorum comites. Adludit etiam ſolita fatis dictum. Reſtituitur bonus poetae ſenſus: ſed elegantiae parum litatum eſt: καὶ Μοῖσαι τὸν Ἄδ. ἀνακλάιουσιν Ἄδωνιν. Iac. Palmerius in Exercitatt. graecis inquit: "ſibi non poſſe perſuadere, ſic inconcinne ſcripſiſſe Bionem: eam enim hoc loco iteratio-

rationem τῦ Ἄδωνιν videri inſulſam, et minime gratam: coniicit itaque,

Καὶ Μοῖραι τὸν Ἄδωνιν ἀνακλαίουσιν ἐν Ἄδω. Recte locum corruptum exiſtimauit vir doctus: non ita feliciter emendauit. Flacceſcit enim iſtud ἐν Ἄδω. nec Bionem ſapit. Ne dicam, quod ſuperiore emendatione admiſſa, haec vt cadat, neceſſe eſt. Alibi vitium latitare videtur, et illud καί μιν ex gloſſemate textui litteris non adeo diſſimili irrepſiſſe: Bionem autem ſcripſiſſe,

> Καὶ Μοῖσαι τὸν Ἄδωνιν ἀνακλαίουσιν, Ἄδωνιν
> Καλὸν ἐπαείδουσιν.

Quae correctio omnia clara et elegantia reddit; et ita iteratio fit pathetica et grata. — His olim ſcriptis, quum ſerius in Bonauenturae Vulcanii editionem incidiſſem, ibi Μοῖσαι editum reperi, hac verſione: "Ipſae etiam Muſae, lugubri carmine Adonin deflent, et reuocant: at non exaudit Adonis.„ Quum vero illius lectionis nullam mentionem faciat, licet aliis omnibus editionibus ſit contraria, neſcio, an qua auctoritate fecerit, an ſolum ex coniectura? *Heskin.* Μοῖσαι quoque probat Koen ad Gregor. de Dialectis pag. 81. Schwebel. tamen lectionem μοῖραν defendit: et ego etiam in Anthol. gr. poet. ad hanc lectionem tuendam quaedam adtuli; malo tamen cedere tantorum virorum auctoritati.

93. ὁ δέ σφέσιν - οὐκ ἀπολύει) Vulgo interpretantur: *at ille non exaudit: non ſane, neque vult.* Quam expoſitionem vituperat Longopetraeus: nam ſi verum fuiſſet, Adonim nouo Proſerpinae amori aurem praebuiſſe,

buiſſe, (quod tamen falſum eſt,) nec lucem reuiſere voluiſſe, ridiculum foret, hoc Veneri in oratione conſolatoria aperte dicere. Addit etiam, hanc expoſitionem graecae linguae genio aduerſari, (ponendum enim punctulum poſt οὐ μὰν) at melius et naturae conuenientius exponi, *non quidem non vult*, et hoc particula δὲ, quae inter praecedentia et ſequentia oppoſitionem notat, confirmari. Ratio, quam ex rerum natura adduxit, vera; quam ex graecae linguae genio petiit, prorſus falſa. Nam licet apud Latinos duo negatiua adfirment, apud Graecos tamen geminata negatio fortius et elegantius negat. Sic Demoſthenes in Mid. οὐ μὰ Δί' οὐχὶ δημοσίᾳ κρίνειν αὐτόν· et ſexcenta alia loca, quae ſuperuacaneum eſſet adducere. Ceterum vir doctus vim verbi ἐθέλω ignoraſſe videtur: quod h. l. idem valet, ac δύναμαι. Plato alicubi, τὰ χωρία οὐδὲν ἐθέλει με διδάσκειν. — Homer. Iliad. Φ. v. 305·

> Ὡς τοῦ καλὰ ῥέεθρα πυρὶ φλέγετο, ζέε δ' ὕδωρ·
> Οὐδ' ἔθελε προρέειν, ἀλλ' ἴσχετο. —
>
> *Sic huius pulcra fluenta igne ardebant, bulliebatque aqua;*
> *Nec poterat profluere, ſed inhibebatur.* —

Idem ſupra v. 219. eiusdem libri vtitur verbo δύναμαι.

> Οὐδέ τί πῃ δύναμαι προχέειν ῥόον εἰς ἅλα δῖαν,
> Στεινόμενος νεκύεσσιν. —
>
> *Neque prorſus aliqua effundere vndas in mare vaſtum,*
> *Anguſtatus cadaueribus.* —

Verba igitur δύναμαι, et ἐθέλω ſunt ἰσοδυναμοῦντα, quod et confirmat Suidas in verbo ἐθέλω. Vnde, vt

 obiter

obiter moneam, nuperus editor fruſtra voluit pro θέλεις legere σθένεις apud Sophoclem in Philoctet. verſ. 727. vbi Pyrrhus, quum Philoctetem morbo ſuo ſubito percuſſum vidiſſet, ait:

> Ἕρπ' εἰ θέλεις· τί δή ποθ' ὧδ' ἐξ ἐδενὸς
> Λόγȣ σιωπᾷς, κ' ἀποπλήκτως ὧδ' ἔχῃ;
> *Perge, ſi poteris, quid nunc ob nullam*
> *Cauſſam ſiles, et ita attonitus ſtas?*

Scilicet, ibi vertendum, *ſi potes;* non, vt vulgo, *ſi vis:* quae interpretatio virum doctum decepiſſe videtur. Vox ἐθέλει, vti dixeram, hic valet idem ac δύναμαι, ac proinde locus ita vertendus, ***At ille non exaudit: non ſane, neque poteſt exaudire.*** Proſerpina autem ipſum non dimittit. Nec particula δὲ ſemper oppoſitionem denotat: aliquando enim ponitur pro γὰρ: ſic Homerus Iliad. 2. v. 513.

> Οὓς τέκεν Ἀςυόχη, δόμῳ Ἄκτορος Ἀζείδαο,
> Παρθένος αἰδοίη, ὑπερώϊον εἰσαναβᾶσα,
> Ἄρηϊ κρατερῷ· ὁ δὲ οἱ παρελέξατο λάθρῃ.
> *Quos peperit Aſtyoche, in domo Actoris Azidae,*
> *Virgo verecunda, quum ſuperiorem partem domus adſcendiſſet,*
> *Marti forti: hic autem ipſi accubuit furtim.*

Recte verti ***autem***, qua voce eodem modo vtuntur Latini. *Heskin.*

97. Λῆγε - κώμων) Doctiſſimis viris multum moleſtiae facefciuit hic locus, dum κώμων interpretandum eſſe, *conuiuiis*, crediderunt. Ait poeta, parce Venus lacrimis, et hodie abſtine a conuiuiis: nam te flere, et anno redeunte rurſus oportet lugere. Quam male

male haec cohaereant, quis non videt? Praeter ea abſurdum dictu fuiſſet, Venerem in ſummo luctu conuiuiis indulgere. Pindarus remotiore ſignificatu κῶμον vocat τὸν μετὰ τῆς χορείας ὕμνον, et, vt Scholiaſtes interpretatur τὴν στεφανηφορίαν, ἤγουν τὴν ἐν στεφάνοις ἀνακήρυξιν. Heſychius vero, et quidem rectiſſime, κόμους interpretatur ἀσελγῆ ᾄσματα, πορνικά· et κῶμος, εἶδος ὀρχήσεως ποιμενικῆς τινος, ἢ μέλους τινός· quae ſignificatio huic loco accommodatiſſima videtur. Quid enim aliud habet hoc idyllium, quam mollem et laſciuam Adonidis depraedicationem? et certe κώμου ſignificatio late patet, et generaliter de eo, quidquid ad amatoriam laſciuiam pertinet, capitur. Recte itaque etiam hoc loco ad molles Veneris lamentationes referri poteſt. Ita Horat. Carm. II. Od. 9. *Deſine mollium Tandem querelarum;* quae phraſis huic Bionis locutioni plane gemina eſt, ἐκ παραλλήλου vero dictum: λῆγε γόων, et ἴσχεο κώμων, et vnum eſt explicatio alterius. Partim haec de Vulcanii notis. Vide plura de ſignificatione voc. κῶμος in notis noſtris ad Moſchum Idyll. VII, 4. (in hac editione Bionis idyll. VII, 4.) *Heskin.* Egregie diſputat Heskin pro ſenſu atque interpretatione lectionis vulgatae, quam Schwebelius interpretatur *comeſſationes.* vide et noſtram notam ad h. l. in Anthol. gr. poet. Inter ea diffiteri non poſſum, hanc lectionem mihi ſemper diſplicuiſſe: quare cum Valckenario, viro ſummo, haud dubitaui reſcribere κομμῶν, quod vocabulum et ſenſui et hiſtoriae de Adonide fabuloſae eſt aptiſſimum. Pertinuit quoque ad tragoedias veterum. Ariſtoteles de A. P. cap. XII. Κόμμος δὲ, θρῆ-

νος κοινὸς χόρυ καὶ ἀπὸ σκήνης. Anonymus apud Suidam h. v. tomo II. pag. 343. Kuſteri, μετὰ κομμοῦ καὶ ὀλολυγῆς, additque Suidas, τυπέσι, γόυ καὶ ὀδυρμοῦ, *cum planctu et eiulatu.*

98. Δεῖ - δακρῦσαι) Annua haec feſta fuerunt. Ouid. Metam. X. in extremo,

> *Queſtaque cum fatis, et non tamen omnia veſtri*
> *Iuris erunt, dixit, luctus monimenta manebunt*
> *Semper, Adoni, mei, repitaque mortis imago*
> *Annua plangoris peraget ſimulamina noſtri.*

Et in Arte amandi libr. III. *Vt taceam de te, quem nunc quoque luget, Adoni.* Theocrit. Syrac. v. 143.

> Ἵλαθι νῦν, φίλ᾽ Ἄδωνι, καὶ ἐς νέωτ᾽ εὐθυμήσαις.
> Καὶ νῦν ἦνθες. Ἄδωνι, καὶ ὄκκ᾽ ἀφίκῃ, φίλος ἡξεῖς.
>
> *Sis iam placatus, Adonis, et in futurum annum laetitiam adferas.*
> *Et nunc amicus veniſti, Adoni: et, quum redieris, amicus venias.*

Hic obſeruandum: feſta haec Iudaeis non incognita fuiſſe, vt ex cap. 8. Ezechielis adparet: "Et dixit (Dominus) ad me; adhuc conuerſus videbis abominationes maiores, quas iſti faciunt. Et introduxit me per oſtium portae domus Domini, quod reſpiciebat ad Aquilonem, et ecce tibi mulieres ſedebant plangentes Adonidem." Sanctum Hieronymum ſolum ex interpretibus verbum Hebraeum תמוז Adonidem vertiſſe, ceterosque idolum quoddam lamentationibus veneratum intellexiſſe ſcio: ſed tamen Theodoretus in locum

cum citatum תמוז et Ἄδωνιν idem ſignificare tradit: certe Iudaeos, qui tot a vicinis ſuis religiones ſumſere, hanc etiam mutuaſſe probabile videtur. Feſta haec vſque in ſuum tempus apud Alexandriam celebrata teſtatur Cyrillus in Iſaiam libr. II. t. 2. Idem Cyrillus illum Iſaiae verſum cap. 18. explicans: *Qui mittit in mare legatos, in vaſis papyri ſuper aquas*, vel, vt ipſe citauit, ſecundum verſionem LXX. interpretum, ὁ ἀποστέλλων ἐν θαλάσσῃ ὅμηρα καὶ ἐπιστολὰς βιβλίνας ἐπάνω τοῦ ὕδατος, haec habet: Κέραμον λαβόντες, εἶτα γραφόντες ἐπιστολὴν πρὸς τὰς ἐν Βίβλῳ γυναῖκας, ὡς τοῦ Ἀδώνιδος ηὑρημένου, καὶ ἐνθέντες αὐτὴν τῷ κεράμῳ, καὶ σφραγίσαντες, καθίεσιν εἰς τὴν θάλατσαν, τελετάς τινας ἐπ' αὐτῷ ποιησάμενοι· καί, ὥς γε ἔφασκον, αὐτομάτως εἰς Βίβλον ἀπεκομίζετο κατὰ φανερὰς τοῦ ἔτους ἡμέρας· ὃν δὴ καὶ ἀποδεξάμεναι γυναῖκές τινες τῆς Ἀφροδίτης φίλαι, εἶτα λαβοῦσαι τὴν ἐπιστολὴν, ἐπάυοντο τοῦ θρηνεῖν, ὡς ηὑρημένου παρὰ τῆς Ἀφροδίτης τοῦ Ἀδώνιδος. "Vas figulinum ſumentes, deinde epiſtolam ſcribentes ad feminas ad Byblum, quaſi Adonis repertus fuerit, immittentesque vaſi, et firmantes, mari tradunt, caerimonias quasdam adhibentes, et, vt dicebant, ſponte ſua Biblum adfertur certis anni diebus; quem feminae quaedam Veneri carae accipientes, et epiſtolam eximentes, lugere deſinunt, quaſi Adonide a Venere reperto.„ — Oſirim etiam flebant, et repertum laetitia celebrabant. Hinc Stephanus, (vt et alii multi docti viri), Adonidem et Oſirim idem numen exiſtimat. *Longopetr.* compara ſupra p. 18. ibique laudatam Valckenarii notam.

Ἐιδύλλιον β'*)

Ἰξευτὰς ἔτι κῶρος, ἐν ἄλσεϊ δενδράεντι
Ὄρνεα θηρεύων, τὸν ἀπότροπον εἶδεν ἔρωτα
Ἐσδόμενον πύξοιο ποτὶ κλάδον· ὡς δ' ἐνόασε,
Χαίρων, ὥνεκα δὴ μέγα φαίνετο ὄρνεον αὐτῷ,
Τὼς καλάμως ἅμα πάντας ἐπ' ἀλλάλοισι συνάπτων,
Τᾷ καὶ τᾷ τὸν Ἔρωτα μετάλμενον ἀμφεδόκευεν.
Χὼ παῖς ἀσχαλάων, ἕνεχ' οἱ τέλος ὐδὲν ἀπάντη,
Τὼς καλάμως ῥίψας ποτ' ἀροτρέα πρέσβυν ἵκανεν,
Ὅς νιν τάνδε τέχναν ἐδιδάξατο, καὶ λέγεν αὐτῷ,
Καὶ οἱ δεῖξεν Ἔρωτα καθήμενον· αὐτὰρ ὁ πρέσβυς
Μειδιάων κίνησε κάρη, καὶ ἀμείβετο παῖδα·
Φείδεο τᾶς θήρας, μηδ' ἐς τόδε τὤρνεον ἔρχευ.
Φεῦγε μακράν· κακὸν ἐντὶ τὸ θηρίον· ὄλβιος ἔσσῃ,
Εἰσόκα μή μιν ἕλῃς· ἢν δ' ἀνέρος ἐς μέτρον ἔλθῃς,
Οὗτος ὁ νῦν φεύγων καὶ ἀπάλμενος, αὐτὸς ἀφ' αὐτῶ
Ἐλθὼν ἐξαπίνας, κεφαλὰν ἐπὶ σεῖο καθιξεῖ.

'Ει-

4. φαίνετο τὤρνεον αὐτῷ, ſyllaba repetita ſcribendum putat Valcken. 7. ἀσχαλάων Steph. et reliqui recentiores edd. praeter Brunckium, qui dedit ἀσχαλόων, at num ἀσχάλλων, an ἀσχαλάων, an ἀσχαλόων ſcribatur, nihil adeo intereſſe, monet Valck. — dein ἕνεχ' οἱ recte ab Vrſino et Geſnero in reliquas venit editiones. οὕνεκα edit. prima Stobaei, quod fluxit ex interpretatione adiecta: eius loco Brunck ὅτι

IDYLLIVM II

Auceps adhuc puer, in nemore arboribus denſo
Dum venatur aues, fugitiuum vidit Amorem
Inſidentem buxi ramo: vt igitur animaduertit,
Gaudens, quoniam auis ei permagna videbatur,
Calamos ſimul omnes inter ſe coniungens,
Huc atque illuc tranſilientem obſeruabat Amorem.
Tandem vero puer indignatus, quia nihil proficiebat,
Abiectis arundinibus aratorem ſenem adiit,
Qui illum hancce artem docuerat, et narrauit ei rem,
Eique oſtendit amorem ſedentem. Sed ſenex
Subridens mouit caput, et reſpondit puero:
Abſtine ab hac venatione, nec iſtam auem inſequitor.
Euge procul: mala eſt haec beſtia: beatus eris,
Dum non ceperis ipſam: ſed ſi viri menſuram attigeris,
Ille, qui nunc fugit et reſilit, ipſe ſua ſponte
Accedens ſubito capiti tuo inſidebit.

 IDYL-

edidit. 11. μειδιόων Brunck et Valck. 12. τᾶς θήρας ſic, poſtulante grammatica, quod φείδομαι regit genitiuum, ex Stobaeo Geſneri recte dedit Vulcan. τὰν θήραν F. Vrſinus ex edit. Trincauelli: — tum minus apte, μήδ' ἐς τὸ δ' ἔτ' ἄρνεον ἔρχευ F. Vrſini editio. 14. ἔνθῃς et verſu 16. ἐνθὼν Brunck. 15. ἀπάλμενος pro vulgato ἐπάλμενος, dedi cum Brunck. et Valck. ſenſu id exigente.

Εἰδύλλιον γ΄.

Ἁ μεγάλα μοι κύπρις ἔθ' ἡβώοντι παρέςα,
Νηπίαχον τὸν Ἔρωτα καλᾶς ἐκ χειρὸς ἄγοισα,
Ἐς χθόνα νευςάζοντα· τόσον δέ μοι ἔφρασε μῦθον·
Μέλπειν μοι, φίλε βοῦτα, λαβὼν τὸν Ἔρωτα δίδασκε.
Ὡς λέγε, χ' ἁ μὲν ἀπῆλθεν· ἐγὼ δ' ὅσα βωκολίασδον,
Νήπιος, ὡς ἐθέλοντα μαθεῖν τὸν Ἔρωτα, δίδασκον,
Ὡς εὗρεν πλαγίαυλον ὁ Πὰν, ὡς αὐλὸν Ἀθάνα,
Ὡς χέλυν Ἑρμάων, κίθαριν δ' ὡς ἁδὺς Ἀπόλλων,
Ταῦτά μιν ἐξεδίδασκον· ὁ δ' οὐκ ἐμπάζετο μύθων,
Ἀλλά μοι αὐτὸς ἄειδεν ἐρωτύλα, καί μ' ἐδίδασκε
Θνατῶν τ' ἀθανάτων τε πόθους, καὶ ματέρος ἔργα.
Κηγὼν ἐκλαθόμαν μὲν, ὅσων τὸν Ἔρωτα δίδασκον·
Ὅσσα δ' Ἔρως μ' ἐδίδαξεν ἐρωτύλα, πάντ' ἐδιδάχθην.

Ἐι

1. Elegantiſſimam et veram emendationem Herelii, mihi amiciſſimi, ἡβώοντι pro vulgato, ὑπνώοντι in textum admiſi. vide not. 3. τόσσον δ' ἐμὶν ἔφρασε Brunck. 4. μέλπην μοι φίλε βῶτα Brunck. 5. ἀπῆνθεν Brunck, et Valck. ἐγὼν Brunck. βωκολίασδον edd. Vignon, Heskin. Schier, Brunck. et Valck. βουκολίασδον, vulgo. βουκολιάσδων ed. Geſn. et cod. ſcriptus apud Valck. 6. μαθῆν Brunck. 8. Κίθαριν Valck. conf. Homer.

IDYLLIVM III

Magna mihi Venus adhuc puero adſtitit,
Infantem Amorem pulcra manu ducens,
In terram nutantem: atque his me verbis affata eſt:
Cantare mihi, care bubulce, ſumtum Cupidinem doceto.
Sic locuta abiit: ego autem quaecunque paſtoralia carmina canere ſolebam,
Stultus, tanquam diſcere volentem Cupidinem, docebam,
Quomodo inuenerit tibiam obliquam Pan, tibiam Minerua,
Teſtudinem Mercurius, et citharam dulcis Apollo.
Haec ipſum edocebam: at ille nihil curabat mea verba,
Sed mihi ipſe canebat amatoria, meque docebat
Mortalium et immortalium amores, et genetricis ſuae opera.
Tum ego oblitus ſum illorum, quae Cupidinem docebam:
At, quaecunque me docebat Cupido amatoria, cuncta didici.

Iliad. T. 54. κιθάραν ὡς Brunck. κίθαραν δ' ὡς Schier. neque vero κιθάρα infrequens eſt. vide loca a Doruillio laudata ad Chariton. p. 174. 9. ἐμπάσδετο Brunck. 10. Ἀλλ' ἐμὶν et mox κἤμ' ἐδίδασκε Brunck. 11. θνατῶν τ' ἀθανατ. cum Brunckio et Valck. recepi. vulgo θνατῶν ἀθαν. 13. ἐδίδαξεν ex MSto Stobaei cum Valck, repoſui; ἐδίδασκεν vulgo.

Εἰδύλλιον δ' *)

Ταὶ Μοῖσαι τὸν Ἔρωτα τὸν ἄγριον οὐ φοβέονται,
Ἐκ θυμῶ δὲ φιλεῦντι, καὶ ἐκ ποδὸς αὐτῷ ἕπονται·
Κ' ἢν μὲν ἄρα ψυχάν τις ἔχων ἀνέραστον ὀπηδῇ,
Τῆνον ὑπεκφεύγοντι, καὶ οὐκ ἐθέλοντι διδάσκειν·
Ἢν δὲ νόον τις Ἔρωτι δονεύμενος ἁδὺ μελίσδῃ,
Ἐς τῆνον μάλα πᾶσαι ἐπειγόμεναι προρέοντι.
Μάρτυς ἐγὼν, ὅτι μῦθος ὅδ' ἔπλετο πᾶσιν ἀληθής.
Ἢν μὲν γὰρ βροτὸν ἄλλον ἢ ἀθανάτων τινα μέλπω,
Βαμβαίνει μευ γλῶσσα, καὶ ὡς πάρος οὐκ ἔτ' ἀείδει·
Ἢν δ' αὖτ' ἐς τὸν Ἔρωτα καὶ ἐς Λυκίδαν τι μελίσδω,
Καὶ τόκα μοι χαίροισα διὰ στόματος ῥέει ᾠδά.

'Ει-

1. οὐ φοβέονται Stobaei Florileg. MS. Bonau. Vulcan. Winterton, Whitford. Brunck. Valck. ἢ φοβέονται Steph. οὐ φοβέονται ed. Stobaei Geſneriana, Vrſin. Heskin. Schier. οὐ φοβέοισαι Schwebel. 2. ἐκ θυμῶ δὲ φιλεῦντι reſcripſi cum Brunckio et Valck. ἢ 'κ θυμῶ φιλέοντι H. Stephan. ἐκ θυμῶ φιλέοντι Winterton. Whitfort. Heskin. Schwebel. Schier. 3. ὀπηδῇ Winterton. Valck. Heskin. ὀπηδεῖ Geſn. in ſua edit. ὀπαδῇ Brunck. ἀείδῃ codd. edd. Steph. Vrſin. Schwebel. et quidem hoc praeferrem paene alteri: atque hinc fluxit, iudice Valck. lectio primae edit. Stob. δὴ δὴ

IDYLLIVM IV

Muſae Amorem crudelem non metuentes,
Ex animo amant, et veſtigia eius ſequuntur:
Ac ſi quis ingenio praeditus inamabili eas ſequatur,
Illum refugiunt, et docere nolunt.
At ſi mentem amore agitatam habens ſuauiter cecinerit,
Ad ipſum ſimul omnes feſtinae confluunt.
Teſtis ego ſum, quod ſermo hic ſit plane verus.
Si enim hominem quempiam alium aut immortalem carmine celebro,
Confuſe loquitur mea lingua, et, vt ante ſolebat, non amplius canit:
Cum rurſum in Amorem vel in Lycidam aliquid modulor,
Tunc mihi laetum ore profluit carmen.

IDYL-

et MS. Leid. δ' εἰ δή. 4. διδάσκην Brunck. 5. νόον τις pro vulgato νόον τῷ correxi cum Valck. et Brunckio. 7. ἀλαθὴς Brunck. 8. ἀθανάτων margo H. Steph. Brunck. et Valck. ex cod. Stobaei MS. vulgo ἀθάνατον. 9. βαμβαίνει Schwebel. Valck. Brunck. καμβαίνει Vrſin. Steph. Heskin. et Stobaeus, at vitioſe, iudice Valck. vide notam. 11. χῷ τοκ' ἐμὶν Brunck. v. notam. mox ῥέει αὐδὰ F. Vrſin. quod, ſi codices exhiberent, praeferrem cum Valckenario, atque ῥέει αὐδὴ Heſiod. Theog. v. 39. 96. ῥέεν αὐδὴ Homer. Iliad. A. 249. quae loca iam laudauit Schwebel.

Ἐιδύλλιον έ *)

Οὐκ οἶδ᾽, ὐδ᾽ ἐπέοικεν, ἃ μὴ ᾽μάθομεν, πονέεσθαι.
Ἔι μοι καλὰ πέλει τὰ μελύδρια, καὶ τάδε μῶνα
Κῦδος ἐμοὶ θήσοντι, τὰ μοι πάρος ὤπασε Μοῖσα.
Ἐι δ᾽ ὐχ ἁδέα ταῦτα, τί μοι πολὺ πλήονα μοχθῆν.
Ἐι μὲν γὰρ βιότω διπλόον χρόνον ἄμμιν ἔδωκεν
Ἠ Κρονίδας, ἢ Μοῖρα πολύτροπος, ὥς᾽ ἀνύεσθαι
Τὸν μὲν ἐς ἐυφροσύναν καὶ χάρματα, τὸν δ᾽ ἐνὶ μόχθῳ,
Ἦν τάχα μοχθήσαντί ποθ᾽ ὕςερον ἐσθλὰ δέχεσθαι·
Ἐι δέ θεοὶ κατένευσαν ἕνα χρόνον ἐς βίον ἐλθεῖν
Ἀνθρώποις, καὶ τόνδε βραχὺν, καὶ μήονα πάντων,
Ἐς πόσον ἃ δειλοὶ καμάτως κ᾽ εἰς ἔργα πονεῦμες;
Ψυχὰν δ᾽ ἄχρι τίνος ποτὶ κέρδεα καὶ ποτὶ τέχνας
Βάλλομες, ἱμείροντες ἀεὶ πολὺ πλήονος ὄλβω;

Λα-

1. In Stobaei Florilegio Geſneriano pag. 375 et in ed. Valck. hic verſus, vt Bionis, ceteris praefigitur; quem, vt illius dedit etiam Grotius. Brunck, tamquam fragmentum, ſeparauit eum a reliquis. In reliquis edd. plane deeſt. Atque in edit. Stobaei Veneta, et in MS. Leid. praefigitur, ἐκ τῶν Βίωνος βυκολικῶν. 2. Αἴ μοι Brunck. qui etiam verſ. 4. 5. 9. εἰ in αἰ, et in hoc quoque verſu μεῦνα in μῶνα mutauit. 3. Κῦδος ἐμὶν θησεῦντι Brunck. μοῖσα ex emendatione Longapetraei, Pierſoniique receperunt Brunck. et Valck. Vulgatum

IDYLLIVM V

Neſcio, nec decet, quae non didicimus, facere, (h. e. *nunc diſcere*)
Si pulchra mea ſunt carmina, vel illa ſola
Laudem mihi dabunt, quae iam antea mihi praebuit Muſa:
Sin autem non probantur illa, quid eſt, quod amplius laborem?
Si enim viuendi duo tempora nobis dediſſet
Siue Iupiter, ſiue Parca verſuta, ita vt ageretur
Alterum cum laetitia et gaudio, alterum in labore,
Liceret poſt labores aliquando bonis frui.
At ſi Dii vnum duntaxat tempus annuerunt ad vitam *tranſigendam* venire
Hominibus, idque breue et minus omnibus;
Quam diu (vah!) miſeri in labores et opera nos fatigamus?
Et quousque animum ad lucra et artes
Applicamus, ſemper deſiderando multo maiores opes?

Omnes

μοῖρα defenderunt Schwebel et Heskin. Eamdem diſcrepantiam vide ad I, 94. notatam. 4. πλέιονα Vrſin. minus dorice. — μοχθῆν, pro vulg. μοχθεῖν repoſui cum Brunckio et Valck. 5. ἄμμιν F. Vrſin. Grotius, Brunck. et Valck. vulgo ἁμὶν, aut, quod vitioſum videtur, ἁμῖν. v. Doruillii vann. critic. pag. 92. 8. ποχ' ὕστερον Brunck. 9. ἐνθῆν Brunck. quam genuinam eſſe formam, pronuntiat Valck. 11. κεὶς Brunck. malit tamen κὴς. ſic κ' εἰς et κης variant edd. in Theocr. XV, 147. et ſaepius.

Λαθόμεθ' ἦ ἄρα πάντες ὅτι θνατοὶ γενόμεσθα;
Χ' ὡς βραχὺν ἐκ Μοίρας λάχομεν χρόνον. ***

15. λάχομες ſcribendum putat Br. et Iſaac. Voſſius, ad ſupplendum verſum, adiiciendum opinatur ἐμβιοτένειν. verſ. 12 - 15. deſunt in exemplo Schwebelii. In eiusdem ed. mox ſequitur Idyll. quod in noſtra et reliquis edd. numeratur vndecimum.

ANIMADVERSIONES IN BIONIS IDYLL. II

*) Hi XVI. verſus ex *Bionis*, *Smyrnaei*, Bucolicis ſeruati proſtant in Stobaei Florilegio *Geſneri* pag. 400. *Grotii* pag. 267. *Valck.* Hoc Idyllium in Paſtoris Calendario, menſe Martio cantilena quadam ruſtica imitatus eſt Spencerus, quam vtpote longiorem, non adpono. Lectorem curioſum eam adire non pigebit. *Heskin.*

5. Ratio auium calamis capiendarum apud veteres ita fuit comparata, vt arundines viſco obliti; in altitudinem inuicem ita iungerentur, vſque dum alas auis, quae inter ea ab aucupe, fronde atque arbuſtis tecto, cantu illiciebatur, verberaret. Plura vide apud Schwebel.

6. τᾷ καὶ τᾷ) Pulcre Amorem modo huc, modo illuc celeriter tranſilientem deſcribit poeta, Simile quiddam apud Moſchum, Idyllio primo, verſ. 16. legitur,

Καὶ πτερόεις ὅσον ὄρνις ἐφίπταται, ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλως
'Ανέρας, ἠδὲ γυναῖκας ἐπὶ σπλάγχνοις δὲ κάθηται.

Omnes ſane obliti ſumus, mortales nos eſſe natos,
Et quod breue tempus a Parca ſortiti ſumus. ***

Vtroque prior Theocritus Syrac. v. 119.

> Χλωραὶ δὲ σκιάδες μαλακῷ βρίθουσαι ἀνήθῳ
> Δέδμανθ'· οἱ δέ τε κῶροι ὑπερπωτῶνται ἔρωτες,
> Οἷοι ἀηδονιῆες ἐφεζόμενοι ἐπὶ δένδρων
> Πωτῶνται, πτερύγων πειρώμενοι, ὄζον ἀπ' ὄζου.
> *Viridia quoque vmbracula molli tecta anetho*
> *Extracta ſunt, et pueri ſuperuolitant Amores,*
> *Veluti laſciniae pulli ſedentes in arbuſtis*
> *Volitant, alarum periculum facientes, de ramo ad ramum.* HESKIN.

7. ἀσχαλάων) vide V. L. compara Anacr. XIV. vbi lucta Amoris et Anacreontis feſtiue fingitur: prior iecit ſagittas, poſterior fugit. Quo facto Amor

> Ὡς δ' οὐκ ἔτ' εἶχ' ὀϊστοὺς,
> Ἤσχαλλεν, εἶθ' ἑαυτὸν
> Ἀφῆκεν εἰς βέλεμνον (*loco ſagittae*).

Heſychius ἤσχαλλον, ἐλυποῦντο. mox verbum ἐδιδάξατο pulcre explicat Valck. ad Xenoph. M. S. pag. 250. ed. Erneſti.

10. καθήμενον) Anglice: Perch'd upon a Bough. *Heskin.*

13. compara Moſch. Idyll. 1.

14. ἐς μέτρον ἔλθῃς) Homericum eſt. Sic Theocrit. Idyll. XIII. de Hyla v. 13. *ἐς ἀλαθινὸν ἄνδρ' ἀποβαίη, in verum virum euaderet.* Hoc eſt, vti loquitur Xenophon, εἰς τέλειον ἄνδρα· et D. Paullus ad Epheſ.

Epheſ. cap. 4. *μέχρι καταντήσωμεν — εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ χριστοῦ.* Ex Longopetr. et Vulcanio. *Heskin.* Homer. *εἰς ἥβης μέτρον ἱκάνειν* aut *ἱκνεῖσθαι* dixit Odyſſ. Λ. 316. Σ. 216.

16. *καθιξεῖ)* Propert. libr. I. el. 1. 4. *Et caput impoſitis preſſit Amor pedibus.* Eadem phraſi vſus eſt Stephanus in verſione ſua, *eumque impoſitis cernes pedibus tibi colla prementem.* Quamquam minus forſan volucri, qualis hic pingitur Amor, conuenit: licet Propertius ſimpliciter de Amore vſurparit ſumma cum elegantia, qui ad militum victricium morem adludit. *Heskin.* vide Broukhus. ad locum Propertii citatum. Anacreon de vi Amoris, od. XIV, 16. canit, *Μέσος δὲ καρδίης μευ ἔδυνε, καὶ μ' ἔλυσε, penetrabat ſe in cor meum et me vicit.* Compara Anacr. Od. III. od. VII. od. X.

IDYLL. III

*) Bellum hoc Idyllium, quod Amoris vim lepidiſſima fabula deſcribit, apud Stobaeum cap. 63. extat. *Heskin.* Hos etiam XIII. verſus, vt Bionis praebet *Stobaeus Geſn.* pag. 388. *Grotii* p. 245. In edit. prima Trincauelli et in MS. Leid. adſcriptum legitur, *ἐκ τῶν Βίωνος βουκολικῶν. Valcken.*

1. *ἡβώοντι)* vide V. L. Herelius meus in litteris ad me datis, ſuam coniecturam his veris probat argumentis, quod tota narratio non, ſomnium; ſed fictionem poeticam, qua via bubulcus amorem primum didicerit, clare indicat: tum, quod illud vocabulum moribus eius adhuc incorruptis et ſimplicitati, qua nihil mali timens,

mens, puerumque Amorem carmina doctūrus ab illo decipitur, et ludicra primus ipſe diſcit carmina, eſt adcommodatiſſimum: quam emendationem olim iam probauerat Ruhnkenio, et Valck. in notis ſuis veram illam eſſe lectionem pronunciat. *θήσειν νέον ἡβώοντα* *reddere iuuenem pubeſcentem*, Homer. Iliad. I. 446. Potentiam Veneris et Cupidinis in deos hominesque poetae et artifices certatim varioque modo deſcripſerunt; quod eſt notiſſimum: compara tamen Anacr. Od. III. ibique Fiſcher et Schwebel. ad noſtr. locum.

3. *ἐς χθόνα νευστάζοντα*) Νέυειν εἰς τὴν γῆν vel πρὸς τὴν γῆν dicitur de iis, qui prae pudore, aut moeſtitia *oculos* in terram defigunt: vel etiam de cogitabundis, et profunda quadam meditatione obrutis, vt apud Herodianum libr. IV. *οἱ μὲν ἄλλοι πάντες σκυθρωποῖς προσώποις εἰς τὴν γῆν ἔνευσαν*, *alii quidem omnes triſtibus vultibus in terram deſpiciebant.* Perſ. Sat. III, 79.

— non ego curo
Eſſe quod Arceſilas, aerumnoſique Solones
Obſtipo capite et figentes lumine terram.

Ceterum hic Amor ficta modeſtia oculos terrae defixos habens depingitur, qualis apud poetam Hiſpanum, quem citat Longopetraeus; ſed nomen non refert:

Paſſava Amor ſu arco deſarmado,
Los ojos baxos, blando, y muy modeſto.

Talem Vlyſſem peroraturum deſcribit Homer. Iliad. 3. v. 217.

Ἀλλ' ὅτε δὴ πολύμητις ἀναΐξειεν Ὀδυσσεύς,
Στάσκεν, ὕπαι δὲ ἴδεσκε κατὰ χθονὸς ὄμματα πήξας.

Sed quum iam ſolers ſurrexiſſet Vlyſſes,
Stabat, deorſumque deſpiciebat in terram oculis defixis.

Cui vulgo conferuntur haec Virgilii Aen. VII, 249. vt obiter moneam,

Talibus Ilionei dictis defixa Latinus,
Obtutu tenet ora, ſoloque immobilis haeret
Intentos voluens oculos.

Multa proprie; nam Latinus antiqui oraculi recordatione perculſus ſtupet, et alta meditatione defixus ſilet: Vlyſſes ex diuerſa prorſus cauſſa ſcilicet vt perſonata modeſtia audientium beneuolentiam captaret. *Heskin.* adde Muſaeum v. 160. ibique Schrader, et Schwebel. ad noſtrum locum.

7. πλαγίαυλον ὁ Πάν) Graecorum πλαγίαυλος eſt *tibia obliqua*, ſeu *tibia vaſca*, vti apud Latinos adpellabatur, notante Seruio. De muſicis veterum inſtrumentis parum ſcimus, nec multum ſane refert: et de inuentoribus mirum in modum diſcrepant auctores. Pan etiam fiſtulam inueniſſe dicitur, vti notauit Longopetraeus.

Pan primus calamos cera coniungere plures
Inſtituit.

Virgil. Ecl. II. (32. vbi vide de la Cerda) *Heskin.* Ad eiusdem Eclogae verſ. 24. acute monet cel. Heyne, apud Bionem verſ. 7. 8. argumenta carminum indicari, quae poeta Amorem edocuerit. De πλαγιαύλῳ vide ad Theocrit. XX, 29. Plagiaulus vero a Polluce libr. IV. cap. 10. Libycorum; ab Athenaeo, Aegyptiorum ſeu Oſiridis, (libr. IV. pag. 175. vbi de variis inſtrumentis muſicis horumque inuentoribus agitur); vulgo autem a Graecis et Romanis, (v. Plin. libr.

libr. VII. cap. 58.) haud aliter ac recta etiam tibia' Phrygum inuentum olim fuit habitum. vide Moſch. II, 97. ibique not. Spanhem. ad Callim. H. in Delum v. 253. (vbi multus eſt de muſica veterum, inprimis de *cithara*) praecipue pag 540. idemque pag. 539 "αὐλὸν quidem, ait, non de *tibia*, ſed de quauis extenſa in longitudinem figura dictum, praeter veteres Grammaticos, apud Athenaeum legas libr. V. pag. 119. ac inde etiam de *oſtrei* quodam genere ita adpellatum, eodem indice libr. III. pag 99. — Tria certa, illa praecipua olim Muſicae inſtrumenta, (ſcilicet αὐλὸς, κιθάρα et σύριγξ, *tibia*, *cithara* et *fiſtula*) apud veteres extitiſſe, notat Plutarchus de Muſica pag. 1136. ita tamen, quod aliunde obuium eſt, vt toto genere, materia, figura, ſono, iis vtendi ratione ac modo diuerſa valde eſſent duo priora, *tibia* et *cithara* etc.„ Qui de muſica veterum et inſtrumentis muſicis ſcripſerunt, eos diligenter recenſet Fabricius in Bibliograph. antiquaria cap. XI. §. 16. 17. at diuerſi homines in diuerſis regionibus eadem inſtrumenta inuenire potuerant. v. Olla Potrida a 1779. part. II. Berolini.

Ibid.) ὡς αὐλὸν Ἀθάνα) Αὐλὸς eſt *tibia recta*, ſeu *longa*, vti vocat Ouidius, apud quem Faſtorum libr. VI. (v. 697.) ſuae inuentionis hiſtoriam refert Minerua:

> *Prima terebrato per rara foramina buxo,*
> *Vt daret, effeci, tibia longa ſonos.*

LONGOP.

Pindarus ait, Mineruam inueniſſe τὸν αὐλὸν poſt debellatam Gorgonem a Perſeo eius ope. Pyth. Od. 12.

> — ἀλλ' ἐπεὶ ἐκ
> Τήνων φίλον ἄνδρα πόνων

'Ἐῤῥύσατο παρθένος, αὐ-
λῶν τεῦχεν πάμφωνον μέλος
Ὄφρα τὸν Εὐρυάλας
Ἐκ καρπαλιμᾶν γεννύων
Χριμφθέντα, σύν ἔντετι μι-
μήσαιτ' ἐρικλάγκταν γόον
Εὗρεν θεός· ἀλλά νιν εὑροῖ-
σ' ἀνδράσι θνατοῖς ἔχειν,
Ὠνόμασεν κεφαλᾶν πολλᾶν νόμον,
Εὐκλέα λαοσσόων μναςῆρ' ἀγώνων,
Λεπτȣ̃ διανισσόμενον
Χαλκȣ̃ θ' ἅμα καὶ δονάκων.

— *ſed poſtquam ex hiſce*
Charum virum laboribus
Liberauit virgo tibi-
arum fecit omniſonum melos:
Vtque Euryalae
Ex rapacibus genis
Emiſſum, inſtrumentis imi-
taretur perſtreperum luctum,
Inuenit hoc dea: et poſtquam inue-
nit viri mortales vt haberent,
Nominauit capitum multorum legem,
Illuſtrem populos cientium procum certaminum,
Tenue transeuntem
Aes ſimul et calamos.

Theocritus, ſeu potius Moſchus, plura genera notat praeter αὐλὸν et πλαγίαυλον, in Eunic. verſ. 28. citante Longopetraeo,

— Κὴν σύριγγι μελίσδω,
Κ' ἢν αὐλῷ λαλέω, κ' ἢν δώνακι, κ' ἢ πλαγιαυλῷ.

Hes-

Heskin. tibiam ἔργον Ἀθηναΐης fuiſſe, teſtatur quoque Callimach. in H. in Dianam verſ. 244. 245. vbi Spanhem. copioſiſſime agit de inuentoribus, (nam veteres mire diſcrepant), forma, materia, diuerſitate tibiarum noſtrumque laudat locum: adde etiam Schwebel. *Olympum* tibiae inuentorem facit Euripid. in Iphigen. in Aulide v. 576. ſqq. vbi vide Barnes. Olympus vero nouum modum aut nouam et perfectiorem modulationem inueniſſe videtur. Atque veteres non ſolum originem rerum antiquiſſimarum et gratarum ad deos referre, ſed diuerſas quoque diuerſorum hominum nationumque inuentiones confundere vnique perſonae tribuere plurium inuenta ſolebant: vnde diſſenſus ſaepiſſime ortus eſt. Tibiam Libycam h. e. ex loti arundinibus confectam dicit Euripides in Alceſte v. 347. vbi vide Schol. et Barnes. adde Ouid. Faſt. IV, 50. ſqq. ibique Caroli Neapoli Anaptyx. pag. 167. edit. Plantin. et Ouid. ib. VI, 233.

8. Ὡς χέλυν Ἑρμάων) ex teſtudinis integumento chelyn confecit Mercurius. Vide, ſi tanti eſt, fabulam ſatis amplam apud Homerum in Hymn. ad Mercurium. *Heskin.* Nomen vero adeptum eſt id inſtrumentum, quod χελώνην ὁ Ἑρμῆς ἐκδείρας αὐτὴν κατεσκεύασε, *excoriata teſtudine eam fabricauit Mercurius* teſte Scholiaſte ad Arati Φαινομ. pag. 36. edit. Oxon. v. Schwebel ad h. l. et Voſſii Etymolog. L. L. pag. 129. h. v. — De Cithara v. praeter Spanhem. ſupra laudatum, Perizon. ad Aeliani V. H. III. cap. 33. aliosque apud Pitiſcum in Lexico Antiqq. tom. I. h. v. pag. 444. in cuius tom. III. pag. 599. de *tibia* vberrime agitur.

 11. μα·

11. *ματέρος*) Vrſini ed. *ματέρων*. errato praeli manifeſto. *Heskin.*

13. compara lepidum carmen Anacreonticum Βασιλὶκ in Brunckii edit. Anacreontis pag. 66.

Ἀνακρέων ἰδών με
Ὁ Τήϊος μελῳδός,
Ὄναρ λέγων προσεῖπε,
Κἀγὼ δραμὼν πρὸς αὐτὸν
Περιπλάκην φιλήσας.
Γέρων μὲν ἦν, καλὸς δέ,
Καλός τε καὶ φίλευνος.
Τὸ χεῖλος ὦζεν οἴνου.
Τρέμοντα δ' αὐτὸν ἤδη
Ἔρως ἐχειραγώγει.
Ὁ δ' ἐξελὼν καρήνου
Ἐμοὶ στέφος δίδωσι;
Τὸ δ' ὦζ' Ἀνακρέοντος.
Ἐγὼ δ' ὁ μωρὸς ἄρας
Ἐδησάμην μετώπῳ·
Καὶ δῆθεν ἄχρι καὶ νῦν
Ἔρωτος οὐ πέπαυμαι.

IDYLL. IV

*) His etiam verſibus, qui ſunt in Stobaeo Geſneri pag. 387. Grotii pag. 241. adſcriptum in cod. Leid. vt in edit. Veneta, ἐκ τῶν Βίωνος βουκολικῶν. *Valck.*

1. ταὶ Μοῖσαι - οὐ φοβέοισαι ἐκ θυμῶ φιλέονται) Ita legitur in F. Vrſini, et Vign. edit. niſi vt illa habeat φοβεῦσαι. Henr. Stephanus et Grotius in Stobaeum legunt, ἢ φοβέονται, Ἠ 'κ θυμῶ φιλέοντι. i. e. *Muſae*

ſae aut timent aut amant Cupidinem et veſtigia eius ſiue ex metu, ſiue ex animo ſemper comitantur. Senſus ſatis bonus: meliorem tamen, vtpote ſimpliciorem, vti nobis videtur, iſta, quam ſequuti ſumus, lectio exhibet. Vulgatae editiones habent οὐ φοβέονται, ἐκ θυμῷ φιλέοντι, qua ſententia nimis abrupte, et ἀσυνθέτως procedit: Vulcanii habet, ὃ φοβέονται Ἢ 'κ θυμῷ φιλέοντι, vitioſe omnino. *Heskin.* In Anthol. gr. recepi hoc idyll. Cupidinem, tamquam crudelem, alii quoque poetae deſcribunt. v. Moſchum Id. I, 10. 11. Theocrit. XIX, 7. 8. Anacr. Od. III, 27. quae loca iam laudauit Schwebel, et quibus facili negotio, ſi opus videretur, alia poſſunt addi. e.g. Propert. II, 12. edit. Barthii, (el. 9. edit. Brouckh.) II, 18. 21. etc. Barthii (el. 14. v. 5. 6. edit. Brouckh.)

3. ὁπηδῇ) F. Vrſini editio habet ἀείδῃ. aliae omnes editiones lectionem noſtram agnoſcunt, quae verior videtur. Pulchra inter τὸ ὁπηδῇ et τὸ ὑπεκφεύγοντι antitheſis: pulchram etiam haec verba exhibent imaginem. Frigidius iſtud ἀείδῃ, quod nullus dubito, quin fuerit τῷ ὁπηδῇ gloſſema, quod poſtea in textum irrepſit. *Heskin.* vide V. L. atque ἀείδῃ et διδάσκειν in verſu ſeq. melius videntur ſibi inuicem reſpondere.

9. καμβάνει μεῦ γλῶσσα) ſic edit. F. Vrſini et plura Exemplaria, vt et Stobaeus. Heſychius interpretatur, κάμβει, παύεται. Aliae habent βαμβαίνει, i.e. inarticulate et confuſe ſonat. Sappho, licet in re diuerſa (carm. II. verſ. 7. ſqq.)

Ὡς γὰρ εἴδω σε, βροχέως με φωνᾶς
Οὐθὲν ἔθ' εἴκει
Ἀλλὰ καμμὲν γλῶσσα ἔαγε,

vti legit doctiſſimus Longini editor, Zachar. Pearce: (vide notas ad illud carmen in Anthol. mea graeca poetica. *H.*) quod reddit Catullus

> — nam ſimul te
> Lesbia adſpexi. nihil eſt ſuper mi,
> Quod loquar amens:
> Lingua ſed torpet. —

Hoc eſt, quod Lucretius vocat, libr. III. v. 156. *infrangi linguam, vocemque aboriri.* HESKIN. Etymol. M. Βαμβαίνει· τρέμει τοῖς ποσὶ καὶ ὑπὸ τρόμου ἠχεῖ τοὺς ὀδόντας. adde Homer. Il. K. 375. ibique ſchol. Hunc locum tractauit quoque Valck. pag. 84. animaduerſionum in Moſchi Epitaphium Bionis, adiectum ſuae editioni Virgilii collatione ſcriptorum graecorum illuſtrati opera F. Vrſini, vbi inter alia: "duplex, inquit, innotuit verbi forma. Heſychius; Βαμβάλλειν, (ſic legendum), τρέμειν, φοφεῖν τοῖς χείλεσι Altera Βαμβαίνειν, quoniam fuerat ab Homero vſurpata, notior fuit Grammaticis; ponitur autem βαμβαίνειν *titubandi* ſignificatu: ſicut *titubare* de greſſu dicitur, et de lingua, ita et βαμβαίνειν· inter alia redditur ab Etymologo, ἀνάρθρως λέγειν· quae interpretatio, ſi ſpectes originem, congruit etiam verbo λαλεῖν. — — Propter Vrſini librum attingam, qui potuerat alias omitti, *Bionis* locum, e fragm. Eid. IV. hoc modo corrigendum:

> Ἦν μὲν γὰρ βροτὸν ἄλλον ἢ ἀθανάτων τινὰ μέλπω
> Βαμβαίνει μευ γλῶσσα, καὶ ὡς πάρος οὐκ ἔτ' ἀείδει.

Quae

Quae ſequuntur, ſunt peruenuſta; ſed in iſtis, quae poſui, vulgari ſolet ἀθάνατον et καμβάινει. Aemilius Portus magno niſu conatur oſtendere in ſuo dictionario dorico, καμβάινειν verbum eſſe Graecum: de Porto, qui erat ab ea parte, qua iudicamus, non paratiſſimus, minus illud eſt mirandum, quando Vulcanius, Grotius, et Heinſius in locum Moſchi recepe-runt dictionem minime graecam, quamque dudum emendate ſcriptam exhibuerat Henr. Stephan. in Theſauro Graec. ling. tom. I. pag. 632. Quid genuinum ſit, vbi lectionem vtramque memorat, non decernit Ezech. Spanhem. ad Callim. pag. 198." Hactenus Valcken. V. C.

8. βροτὸν ἄλλον) Bella et delicata ſententia: communem eandem ἔννοιαν feliciſſime tractauit Anacreon, gratiarum et leporum pater, Od. I. Θέλω λέγειν etc. (plura contuli ad illam odam in Anthol. gr. poet. *H.*) Huc etiam faciunt illa Horatii Carm. libr. I. od. 19.

In me tota ruens Venus
Cyprum deſeruit: nec patitur Scythas,
Et verſis animoſum equis
Parthum dicere: nec quae nihil attinent.

Heskin. Noſtrum locum contulit cum Virgil. VI. Ecl. 3. et Horat. IV. od. 15. Vrſinus in Virgilii collatione p. 54.

11. καὶ τόκα μοι) Ruhnkenio apud Valcken. prae vulgato placuit ἀντίκα μοι — tum Lennepius maluit χαρίεσσα, at χαίροισα recte tuetur Brunck.

Ibid.) ῥέει ἀυδά) Sic edit. F. Vrſini: aliae ὠδά. minus bene. Heſiod. Theog. verſ. 96. citante Longopetraeo:

— ὁ δ' ὄλβιος, ὅντινα Μῶσαι
Φιλεῦνται· γλυκερή οἱ ἀπὸ ϛόματος ῥέει αὐδή.
— *Ille autem felix, quem Muſae*
Amant: dulcis autem illius ab ore fluit vox.

Heskin. adde V. L. et ad Fragmentum III.

IDYLLIVM V

1. Hoc idyllium, ſeu potius idyllii fragmentum legitur apud Stobaeum cap. 58. — Apud quem verſus ſequens:

'Ουκ οἶδ', ὐδ' ἐπέοικεν, ἅ μὴ μάθομεν, πονέεσθαι
Haec, quae non didici, nunc tandem diſcere ſerum eſt.

praeponitur: et forſan huc pertinet, quoad ſenſum ſaltem ab eodem argumento non multum abeſt, vti notauit Longopetraeus. *Heskin.* Illum verſum equidem cum Valckenario praefixi. vide V. L.

2. Μοῖρα) Longopetraeus coniicit Μοῖσα· fruſtra: quum etiam ipſe, exemplo Horatii veterem lectionem poſſe ſuſtineri, agnoſcit:

— — mihi parua rura, et
Spiritum Graiae tenuem camoenae
Parca non mendax dedit, et malignum
Spernere vulgus.

Horat. II. od. 16, 39. 40. Munus hoc aeque Parcae, atque Apollini tribui poſſe, teſtatur idem poeta, Carm. libr. II. od. 6.

Spiritum Phoebus mihi, Phoebus artem
Carminis, nomenque dedit poetae.

Quod

Quod hic Phoebo, illic Parcae iisdem fere verbis adſignat. Vtrumuis igitur eodem iure dici poteſt. Cur igitur veterem lectionem temere ſollicitaremus? cur mutaremus, quum mutatio nihil melius aut elegantius adfert? *Heskin.* omnino μοῖσα eſt exquiſitior lectio. Muſa enim h. e eruditio et poemata pararunt Bioni laudem. vide fragment. III. Poetae vero omni tempore, a Muſis ſua ſe carmina accipere, comminenti ſunt (v. plura in Andr. Riuini notis ad Veneris Peruigilium pag. 138. ſq.) et, modo iure, modo iniuria, ſibi nominis laudem atque immortalitatem promiſerunt, vide Lucret. I, 921. et plura collegit Klotz in Opuſculis varii argumenti, pag. 147. ſqq. — v. 3. comp. Theoc. VII. 45. ſqq.

5. Ἐι μὲν γὰρ - χρόνον) Eodem fere modo Euphron, vetus Comicus; dixit, vti notauit Longopetraeus.

> Ὦ Ζεῦ, τί ποθ' ἡμῖν δȣ̃ς χρόνον τȣ̃ ζῆν βραχὺν
> Πλέκειν ἀλύπως τȣ̃τον ἡμᾶς ȣ̓κ ἐᾶς;
> *O Iupiter, quid cum nobis dediſti breue vitae ſpatium,*
> *Ducere hoc ſine triſtitia nos non ſinis?*

Euripides Herculis fur. v. 655.

> Εἰ δὲ θεοῖς ἦν ξύνεσις
> Καὶ σοφία κατ' ἄνδρας
> Δίδυμον ἂν ἥβαν ἔφερον
> Φανερὸν χαρακτῆ-
> ρ' ἀρετῆς, ὅσοισι
> Μέτα· καὶ θνατοὶ ἐς
> Τὰς αὐγὰς πάλιν ἀλίȣ

Αἰσ-

Δίσσυς ἂν ἔβαν διαύλυς.
Ἀ δυσγένεια δ' ἁπλῦν ἂν
Εἶχε ζωᾶς βιοτάν.
Καὶ τῶδὶ, τὺς τε κακὺς ἂν
Γνῶναι, κὴ τὺς ἀγαθὺς
Ἶσον, ἅτ' ἐν νεφέλαισιν ἄςρων
Νάυταις, ἀριθμὸς πέλει,
Νῦν δ' ἐδεὶς ὅρος ἐκ θεῶν
Χρηςοῖς, ἐδὲ κακοῖς σαφής.
Ἀλλ' εἱλισσόμενός τις αἰὼν
Πλῦτον μόνον ἄυξει.

Quae ſic vertit Hugo Grotius.

— Quod ſi ſuperi labores
Cernerent noſtros ſapiente cura
Praemium ferrent duplicem iuuentam
Integri mores: bis ad haec venirent,
Quos celebraret generoſa virtus.
Improbis contra fluitaret aetas
Simplici curſu: nota quae bonorum
Vera diſcretrix foret, et nocentum;
Qualiter nautis iter indicantes
Nubibus ſtellae mediis relucent.
Nulla nunc ſegnes poſuere Diui
Certa virtuti vitioque ſigna:
Sed ruens aeuum ſine lege nouit
Nil niſi gazas cumulare gazis.

HESKIN.

11. ἐς πόσον etc.) v. Manil. IV, 1. ſqq. Horat. Carm. I. od. 4.

Vitae ſumma breuis ſpem nos vetat
Inchoare longam. —

od.

od. 11. — Sapias — et ſpatio breui

Spem longam reſeces: dum loquimur, fugerit inuida
Aetas: carpe diem, quam minimum credula poſtero.

Lib. II. od. 11. (v. 9. ſqq. vbi vide Iani):

Non ſemper idem floribus eſt honos
Vernis, neque vno luna rubens nitet
Vultu: *quid aeternis minorem*
Conſiliis animum fatigas.

od. 16. *Quid breui fortes iaculamur aeuo*
Multa?

Pulcerrime vetus illud dictum: *Θνατὰ χρὴ τὸν θνατὸν, ὐκ ἀθάνατα, θνατὸν φρονεῖν. Heskin.* Plena ſunt veterum ſcripta querelis de fragilitate et breuitate vitae humanae. v. Anacr. IV. verſ. 7. ſqq. ibique notam in Anthol. gr. poet. Mimnermus I. et quae ad verſ. 4. et 9. in Anthol. adſcripſi. adde Schwebel. ad noſtrum locum.

'Eſ-

Εἰδύλλιον ϛ'.

Κλεόδαμος καὶ Μύρσων.

Κλεόδαμος.

Εἴαρος, ὦ Μύρσων, ἢ χείματος, ἢ φθινοπώρω,
Ἢ θέρεος, τί τοι ἀδύ; τί δὲ πλέον εὔχεαι ἐλθεῖν;
Ἢ θέρος, ἀνίκα πάντα τελείεται, ὅσσα μογεῦμες;
Ἢ γλυκερὸν φθινόπωρον, ὅτ' ἀνδράσι λιμὸς ἐλαφρά;
Ἢ καὶ χεῖμα δύσεργον; ἐπεὶ καὶ χείματι πολλοὶ
Θαλπόμενοι θέλγονται ἀεργείῃ τε καὶ ὄκνῳ;

Ἤ τοι καλὸν ἔαρ πλέον εὔαδεν; εἰπὲ, τί τοι φρὴν
Αἱρεῖται; λαλέειν γὰρ ἐπέτραπεν ἁ σχολὰ ἄμμιν.

Μύρσων.

Κρίνειν οὐκ ἐπέοικε θεήϊα ἔργα βροτοῖσι.
Πάντα γὰρ ἱερὰ ταῦτα καὶ ἁδέα· σεῦ δὲ ἕκατι

Ἐξε-

1. φθινοπώρω et verſ. 2. ἐνθεῖν Brunck. 2. τί τοι Steph. Winterton. Schwebel. Valck. Brunck. τί τυ F. Vrſin. τί σοι Heskin. Schier. 4. ὅκ' ἀνδράσι Brunck. — ἐλαφρὸς cum Cantero dedit Grotius: at, indice Valcken. dorice ἁ λιμὸς dicebatur, vt et in vulgari dialecto. 6. θέλγονται, recte Vrſinus: θαλπόμενοι θάλποντας, vitioſe, Canterus; vnde Grotius de coniectura correxit θαλπόμενοι θάλποντας. 6. ἀεργείῃ

IDYLLIVM VI

Cleodamus et Myrſon.

Cleodamus.

Vere, o Myrſon, aut hieme, aut auctumno,
Aut aeſtate, quid tibi iucundum? et quodnam
ex his magis optas aduenire?
Num aeſtatem, cum omnia abſoluta ſunt, quaecunque laboramus?
An dulcem auctumnum, cum hominibus fames leuis eſt?
An vero hiemem ad opera pigram? quoniam et hieme multi,
Dum ſe calefaciunt, oblectantur otio et pigritia?
An vero tibi pulchrum ver magis placet? dic, quid tibi animus
Eligit? loqui enim permittit otium nobis.

Myrſon.

Iudicare non decet mortales diuina opera.
Omnia enim haec ſacra ſunt, et iucunda: tui autem gratia

Di-

Canter. Grotius, Valck. qui iudicat, vel ἀεργείᾳ vel ἀεργίᾳ ſcribendum eſſe; et dedit ἀεργίᾳ Brunck. ἀεργίῃ rel. at minus recte. 8. αἱ σχολαὶ ab Vrſini et Grotii emendatione venit in rel. edd. pro ἀσχολὰν, vel, vt erat in M.S. Paris. ἀσχολᾶι. — ἄμμιν cum Valck. dedi. ἁμῖν Brunck. Heskin. Winterton. ἡμῖν Steph. Schwebel. 10. ὥρια ταῦτα Lennepio ſcribendum videbatur.

Ἐξερέω, Κλεόδαμε, τό μοι πέλεν ἅδιον ἄλλων·
Ουκ ἐθέλω θέρος ἦμεν, ἐπεὶ τόκα μ' ἅλιος ὀπτῆ·
Ουκ ἐθέλω φθινόπωρον, ἐπεὶ νόσον ὥρια τίκτει·
Ουλον χεῖμα φέρειν, νιφετὸν κρυμὼς τε, φοβεῦ-
μαι·
Εἰαρ ἐμοὶ τριπόθατον ὅλῳ λυκάβαντι παρείη,
Ἁνίκα μήτε κρύος, μήθ' ἅλιος ἄμμε βαρύνει.
Εἰαρι πάντα κύει, πάντ' εἴαρος ἁδέα βλαστεῖ,
Χ' ἁ νὺξ ἀνθρώποισιν ἴσα, καὶ ὁμοιίος ἀώς.

Ἐιδύλλιον ζ'.

Ἐπιθαλάμιος Ἀχιλλέως καὶ Δηιδαμείας.

Μύρσων, Λυκίδας.

Μύρσων.

Λῆς νύ τι μοι, Λυκίδα, Σικελὸν μέλος ἁδὺ λιγαί-
νειν

Ἱμε-

13. νόσος Brunck. et ſic ſcribendum putabat Hemſterhuſius, teſte Valckenario. 14. φέρην — κρυμὼς τε Brunck, qui tamen in emendationibus lectionem, quam Canterus in Stobaei Ecl. pſyſ. pag. 19. habet, κρυμνόν τε ſinceram, et in Florileg. Grotii deprauatam eſſe typothetae errore in κρυπνὸν τε putat, et hinc confirmari poſſe credit Heſychii gloſſam: κρυμνὸς, ἡ

Dicam, *Cleodame*, quodnam mihi prae aliis gratum ſit.
Non volo aeſtatem eſſe; quoniam tunc me ſol torret:
Nec volo autumnum; quoniam morbos fructus auctumnales pariunt:
Perniciosam hyemem ſufferre, niues pruinasque timeo:
Ver mihi ter exoptatum toto anno adſit,
Cum neque frigus, neque ſol nos grauat.
Vere omnia foecunda ſunt, omnia fere ſuauia germinant,
Et nox hominibus par, et par dies.

IDYLLIVM VII

Epithalamium Achillis et Deidamiae.

Myrſon, Lycidas.

Myrſon.

Viſne nunc mihi, Lycida, quoddam Siculum carmen ſuauiter canere,

De-

κρυμός· πάγος, ψῦχος, μέγα ῥῖγος. Illa tamen forma vitioſa eſſe videtur Valckenario. 15. εἶαρ ἐμῖν Brunck. 17. βλαστῆ, dorica forma, Brunck. βλάστη Canter. et Grotius.

1. Hoc carminis, ἐπιθαλάμιος inſcripti, fragmentum inter reliqua Bionis ex duobus codd. primus edi-

Ἱμερόεν, γλυκύθυμον, ἐρωτικὸν, οἷον ὁ Κύκλωψ
Ἄεισεν Πολύφαμος ἐπ' ἠϊόνι Γαλατείᾳ;

Λυκίδας.

Κὴν μοι συρίσδεν, Μύρσων, φίλον, ἀλλὰ τί μέλψω;

Μύρσων.

Σκύριον, ὦ Λυκίδα, ζαλῶ μέλος, ἀδὺν ἔρωτα,
Λάθρια Πηλείδαο φιλάματα, λάθριον εὐνάν.
Πῶς παῖς ἕσσατο φάρος, ὅκως δ' ἐψεύσατο μορφὰν,
Χ' ὤπως ἐν κώραις Λυκομηδίσιν ἀπαλέγοισα
Ἀΐδη ἠδὲ ἄπυσον Ἀχιλλέα Δηϊδάμεια.

Λυκίδας.

Ἅρπασε τὰν Ἑλέναν πόθ' ὁ Βωκόλος· ἆγε δ' ἐς Ἴδαν,

Οἰνώ-

dit F. Vrſinus, at mutilatum multisque naeuis deformatum. Heskinus bis fecit typis deſcribendum: primum vt Vrſinus dedit, nec non Steph. in min. edit. qui in Principibus poetis gr. neglexit plane: dein ex aliorum partim, partim ſuis coniecturis emendatum. Winterton quoque omiſit illud. Emendatius ſcriptum exhibuerunt Lennepius in Animaduerſ. ad Coluthum III. Cap. X. Brunck in Analectis, et Valcken. quem ita maximam partem ſequor, vt in his V. L. diuerſas quorumdam editorum lectiones commemorem, reliqua notem in animaduerſionibus. 3. ἀϊόνι et v. 4. κἠμοὶ συρ. Brunck. 5. σκύριον, Λυκίδα, ζαλῶν Vrſin. Schwebel. σκύριον, ὦ Λυκίδα, ζα-

Deſiderabile, animum mulcens, amatorium, quale Cyclops
Cantauit Polyphemus Galateae in littore ſedens?

Lycidas.

Etiamſi mihi canere, o Myrſon, gratum ſit, quid vero canam?

Myrſon.

Scyrium, o Lycida, deſidero carmen, dulcem amorem,
Furtiua Peleidae oſcula, furtiuum concubitum:
Quomodo ille iuuenis veſtem muliebrem induebat, quomodo ſexum ſuum mentitus eſt,
Et quomodo in filiabus Lycomedis faſtidierit
Obſcurum, et inauditum Achillem Deidamia.

Lycidas.

Rapuit Helenam quondam paſtor, *Paris:* duxitque ad Idam,

 Oeno-

λεῦ Heskin et Schier. Quae in textu eſt lectio, ea profecta eſt a Lennepio; probataque a Brunck. et Valcken. 7. ἐψεύσατο correxit Canter, et receperunt Heskin. Brunck. et Valck. vulgo ἐγεύσατο ſine guſtu et ſenſu. 8. Lectionem primam, eamque vitioſam, ἀπαλέγοισα varii vario modo tentarunt: ego vero cum Valckenario intactam reliqui. v. notam. θάλπ' ἀλέγοισα, ex Scaligeri emendatione Heskin et Longopetraeus. Toupii coniecturam in Epiſtola critica propoſitam, Χ' ὤπως — ἀμφαγαπάζοι 'Αειδῆ καὶ ἄπυστον Ἀχ. reſcripſit Brunck. 9. ἀΐδη ἠδὲ ἄπυστον ex emendatione Heskini, vulgo ἀηδήνη τ' ἄπαστον. 10. ἅρπαζε Vulcan. — πόχ' ὁ βων. Brunck.

Οἰνώνη κακὸν ἄλγος· ἐχώσατο δ' ἁ Λακεδαίμων,
Πάντα δὲ λαὸν ἄγειρεν Ἀχαϊκόν. οὐδέ τις Ἕλλην,
Οὔτε Μυκηναίων, οὔτ' Ἤλιδος, οὔτε Λακώνων
Μεῖνεν ἐὸν κατὰ δῶμα, φέρον τίσιν, αἰνὸν ἄρηα.
Λάνθανε δ' ἐν κώραις Λυκομηδίσι μῶνος Ἀχιλλεύς·
Εἴρια δ' ἀνθ' ὅπλων ἐδιδάσκετο, καὶ χερὶ λευκᾷ
Παρθενικὸν κόπον εἶχεν, ἐφαίνετο δ' ἠΰτε κώρα·
Καὶ γὰρ ἴσον τήναις θηλύνετο, καὶ τόσον ἄνθος
Χιονέαις πόρφυρε παρειῆς· καὶ τὸ βάδισμα
Παρθενικῆς ἐβάδιζε, κόμας δ' ἐπύκαζε καλύπτρῃ·
Θυμὸν δ' Ἄρεος εἶχε, καὶ ἀνέρος εἶχεν ἔρωτα.

Ἐξ

11. ἐχώσατο δ' ἁ ab Heskino venit in recentiores edd. littera δ' interiecta, in reliquis praetermiſſa. 13. Ἅλιδος Brunck. 14. Quae in textu eſt lectio, ea proficiſcitur ab Heskino, et Longopetraeo, atque recepta a Brunckio. praeiuit tamen quodammodo Scaliger, emendans: φερῶν τισὶν αἰνὸν (vel αἰπὺν) ἀρήα, *ferens aliquibus graue bellum.* Vrſini vitioſa φέρων δισσὶν ἀνὰν ἄρνα, cum Heinſio et Vulcanio reliquit Valcken: at notauit aſteriſco, vide notam. δύσσιν pro δυσὶν, *vtrique*, Helenae et Paridi, opinatus eſt Schwebel. 15. μῶνος Brunck. 17. κόπον correxit Scaliger: quem ſequuti ſunt Heskin et Valck. veterem

Oenonae atrocem dolorem; indignata eſt autem Lacedaemon,
Totumque populum commouit Achaicum: neque vllus Graecus,
Neque Mycenaeorum, neque Elidos, neque Laconum
Manſit ſuam apud domum, ferens vindictam, graue bellum.
Deliteſcebat autem inter filias Lycomedis ſolus Achilles:
Lanamque *tractare* pro armis edocebatur, et manu niuea.
Virgineum laborem tenuit: et reddita eſt (h. e. fuit) ſicut puella.
Et non minus iſtis effoeminabatur, idemque flos
Niueis erubuit in genis; et greſſum
Virginis gradiebatur, comasque tegebat calyptra:
Animum autem Martis habuit, et viri habuit amorem.

tamen lectionem κόρον retinuit Brunck et defendit Schwebel. ibidem ὕφαίνετο δ' ἥὗτε κώρα. Κάδδ' ἄρ' ἶσον τήναις θηλύνετο emendauit et edidit Heskin, inuito Valcken. qui vulgatum retinet, et pronuntiat, tum ſaltem ſcribi debuiſſe ὕφαινέ τε, neque praepoſitionem verbo θηλύνετο congruere. Intactum quoque reliquit Brunck. Sic Heinſius in Theocr. VII, 8. (vbi vide not) ὕφαινον coniecit pro ἔφαινον. ſchol. vero φαίνειν interpretatur ποιεῖν, probante Caſaubon. Cap. IX. lection. Theocrit. adde Warton ad Theocr. IX, 28. 19. παρειαῖς Brunck. 20. παρθενικᾶς — ἐπύκασδε καλύπτρα Brunck. 21. θυμὸν δ' ἀνέρος εἶχε bene cor-

'Εξ ἀῦς δ' ἐπὶ νύκτα παρίζετο Δηϊδαμείᾳ,
Καὶ ποτὲ μὲν κείνας ἐφίλει χέρα, πολλάκι δ' αὐτᾶς
Σῶμ' ἀνὰ καλὸν ἄειρε, τὰ δ' αἰδέα δάκρυ ἐπήνει.
Ἥσθιε δ' ὐκ ἄλλᾳ σὺν ὁμάλικι· πάντα δ' ἐποίει
Σπεύδων κοινὸν ἐς ὕπνον· ἔλεξέ νυ καὶ λόγον αὐτᾷ·
Ἄλλαι μὲν κνώσσουσι σύν ἀλλήλαισιν ἀδελφαί·
'Αυτὰρ ἐγὼ μῶνα μίμνω, σὺ δὲ νύμφα καθεύδεις.
'Αι δύο, παρθενικαὶ, συνομάλικες, ἁι δύο καλαὶ,
'Αλλὰ μόναι κατὰ λέκτρα καθεύδομες· ἁ δὲ πονηρὰ
Νύσσα καὶ δολία με κακῶς ἀπὸ σεῖο μερίσδει.
'Ου γὰρ ἐγὼ σέο — — — —

rexit Lennep. et recepit Brunck. 22. παρίζετο correxit G. Canterus, et repoſuit Valck. admiſitque in textum Heskinus, cuius tamen coniecturam μελίζετο improbat Valck. παρίσδετο Brunck. 23. idem καὶ πόκα μὲν τήνας. 24. Σῶμ' correxit Vrſinus, et Hesk. atque Brunck reſcripſerunt. ϛόμ' ἀνὰ, mendoſa, vt erant in codd. reliquit Valck. – mox δάκρυ' ἐπέρρει Brunck. alii aliter coniecerunt. v. not. 28. Elegantem Lennepii emendationem ἀυτὰρ ἐγὼ μῶνα, μόυνα δὲ σὺ, νύμφα, καθεύδεις retinuit quidem Brunck, hac tamen mutatione facta, ἀυτὰρ ἐγὼν μώνα, μώνα τὺ δὲ, νύμφα, καθεύδεις. 29. ἁι δύο παρθενικαὶ, hanc Salmaſii et Heskini correctionem receperunt Brunck. et

Ab aurora enim vſque ad noctem adhaerebat Deidamiae,
Et nonnunquam illius oſculabatur manum, et ſaepius illius
Corpus ſuſtollebat pulchrum, lacrymae autem dulces glomerabantur.
Edebat vero cum nulla alia coaetanea: omniaque faciebat
Feſtinans ad communem concubitum: dixitque (*haec*) verba ipſi:
Reliquae quidem cum aliis condormiunt ſorores;
At ego ſola maneo, tuque, Nympha, dormis.
Nos duae virgines coaetaneae, nos duae pulchrae
Diuerſis ſolae in lectis dormiemus: iſte autem malus
Paries et perfidus me infeliciter a te diuidit.
Non enim ego a te — — — —

Valck., qui tamen ingenioſe coniicit, in voc. δύο ter repetita quaeſiuiſſe forſan Bionem elegantiam, atque adeo dediſſe, αἱ δύο παρθενικαὶ, δύ' ὁμάλικες, αἱ δύο καλαί. Vulgatum, nec graecum, αἱ δ' ὑποπαρθενικαὶ retinuit Schwebel. 30. Pro vulgato καὶ λέκτρα poſui κατὰ λέκτρα cum Scalig. Heskin. Brunck. et Valck. κάλλεκτρα placuit Salmaſio et E. H. Eldickio apud Valcken. 31. In lectione Scaligeri, Νύσσα γὰρ ἀργαλέα, inquit Valcken. incommodus vocularum δὲ et γὰρ concurſus euitabitur, ſi cum Luzacio legamus: ἁ δὲ πονηρὰ Νύσσα καὶ ἀργαλέα με καλῶς etc. adde notam.

ANIMADVERSIONES IN BIONIS IDYLL. VI

*) Hoc Idyllium F. Vrſinus e veteri Stobaei MSto φυς. Cap. 11. in bibliotheca Farneſiana depromſit, et primus ineditum antea in comparatione Virgilii cum ſcriptoribus graecis ed. Antwerpiae 1568. (pag. 2. ſq., nouae editionis cum Valckenarii praefatione et auctariis) in lucem protulit ita, vt emendari oportere exiſtimauit, quum corrupte in ſcriptis libris legeretur, vt ipſe inquit: poſtea eodem anno cum ceteris Bionis et Moſchis iterum edidit. *Heskin.* Editis poſtea *Stobaeanis* iſtis Eclogis, Gul. Canterus eosdem exhibuit pag. 18 et 19. velut ἐκ τῶν Βίωνος βουκολικῶν, prout in codice Sambuci vitioſe ſcripti proſtabant: Grotius in Excerptis dedit pag. 147. 149. partim ex MS. Paris. emendatos. *Valcken.*

2. τί τοι) Ita vulgatae editt. legunt. Vrſini habet τυ· idem in Virgilium legit σοι. *Heskin.*

3. ᾗ θέρος — μογεῦμες); Hinc *annus* dictus πλεῖον, ἀπὸ τοῦ πάντας τοὺς καρποὺς τῆς γῆς συμπληροῦσθαι teſte Heſychio. v. Vulcan. ad Coll. H. in Iouem. 89.

5. Ἠ καὶ χεῖμα — ὄκνῳ) Δύσεργον hic *hiems* dicitur κατὰ τὰ γεωργικὰ ἔργα. Vox ἔργα plurali numero frequenter ſignificat *arua*, *culta*, τὰ κατὰ τὴν γεωργίαν. Sic Callimachus H. in Dianam verſ. 125. (vbi vide Vulcanium).

Κτήνεά σφιν λοιμὸς καταβόσκεται, ἔργα δὲ πά-
χνη

Pecudes ipſorum geſtis deuorat, opera vero grando.

et

et verſ. 156.

Σύες ἔργα, σύες φυτὰ λυμαίνονται.
Sues opera ruſticorum, ſues culta vaſtant.

Hunc forte Bionis locum reſpexit Virgil. I. Georg. 299.

— Hiems ignaua colono:
Frigoribus parto agricolae plerumque fruuntur,
Mutuaque inter ſe laeti conuiuia curant:
Inuitat genialis hiems, curasque reſoluit,
Ceu preſſae cum iam portum tetigere carinae,
Puppibus et laeti nautae impoſuere coronas.

Ex Vulcanio. Huc faciunt etiam illa Heſiodi in ἔργ. καὶ ἡμ. verſ 493.

Πὰρ δ' ἴθι χάλκειον θῶκον, καὶ ἐπαλέα λέσχην,
Ὥρῃ χειμερίῃ, ὁπότε κρύος ἀνέρας εἴργον
Ἰσχάνῃ· ἔνθα κ' ἄοκνος ἀνὴρ μέγα οἶκον ὀφέλλει.
Accede autem ad officinam aerariam et calidam tabernam,
Tempore hiberno cum frigus homines vehemens
Detinet: vbi etiam impiger vir domum valde auget.

Quamquam, vt verum fatear, vulgata huiusce loci expoſitio non ſatis placet; et altera magis adridet: ſcilicet, quae interpretatur πάρ' δ' ἴδι, *praeter autem.* Non enim iubet Heſiodus *tabernam accedere*, ſed potius *praeterire*, *vitare*, vti ex proxime ſequenti verſu cuiuis facile conſtabit,

Μή σε κακοῦ χειμῶνος ἀμηχανίη καταμάρψῃ
Σὺν πενίῃ, λεπτῇ δὲ παχὺν πόδα χειρὶ πιέζοις.
Ne te malae hiemis difficultas opprimat
Cum paupertate, macilenta vero craſſum pedem manu premas.

Heskin. In genere ἔργον, vt Latinorum, *opus*, proprie dicitur de re ruſtica, de opere ruſtico: quoniam agricultura prima hominum cura, primum fuit negotium. v. Xenoph. M. S. I 5. 2. ἔργων ἐπίςασιν. Oecon. IV, 10. ἔργων ἐπιμελόμενοι Tibull. II, 1. 5. Terent. Heauton. I, 1. 20. Eunuch. II, 1. 14. et ad vtrumque locum Weſterhou. Lamb. Bos. Obſeru. critic. Cap. 12. pag. 32. inprimis Klotz ad Tyrtaeum pag. 119. edit. Altenb. et Graeu. ad Heſiod. Cap. IX. pag. 45. edit. Cleric.

6. Compara Longi Paſtor. III. Cap. II. inprimis pag. 278. edit. Boden. ibique Mollum.

10. Κρίνειν ὐκ ἐπέοικε) Eadem ἔννοια in Λήναις extremo (v. 38.) μηδεὶς τὰ Θεῶν ὀνόσαιτο. *Nemo ea, quae deorum ſunt, vituperet.* LONGOPETR. adde Theocr. Idyll. X, 25.

13. ὐκ ἐθέλω — τίκτει) Horat. Carm. II. od. 14. ad Poſthumum:

Fruſtra per autumnos nocentem
Corporibus metuemus auſtrum.

et libr. III. od. 23.

Nec peſtilentem ſentiet Africum
Foecunda vitis, nec ſterilem ſeges
Rubiginem, aut dulces alumni
Pomifero graue tempus anno.

Iuuenal. Sat. 4. v. 56.

— iam letifero cedente pruinis
Autumno, iam quartanam ſperantibus aegris.

Vide Iuuenalem Sat. VI, 516. et Sat. X, 221. Virg. Georg. III, 479. Aen. III, 141. — Autumno frequentes

tes morbi, qui pariter acutiſſimi, et exitiales ea tempeſtate, teſte Hippocrate Lib. III. Aphor. 9. Cauſſas has quinque adferunt Galenus aliique, nec non Plutarchus in Sympoſio. 1) Caloris et frigoris eodem ſaepe die ingruentium inaequalitas. 2) Aeſtati ſucceſſio, in qua bilioſi humores accumulati, dein facile computreſcunt. 3) Cutis e frigore contractio, per quam tetri halitus intus retinentur et morbos generant. 4) Debilitas per aeſtatem virium corporis. 5) Denique, fructum copia noxiorum humorum colluuiem creans. — Ob has cauſſas autumnus veriſſime ab Hippocrate θεριώδης, *ferinus*, nuncupatur. *Heskin.*

14. ὅλῳ λυκάβαντι) Dictum volunt Etymologici annum τὸν λυκάβαντα, vel παρὰ τὸ λυγαίως βαίνειν, quod tempus latenti et tacito lapſu aufugiat: vel παρὰ τὸ λύκων δίκην βαίνειν, ſerie enim quadam anni dies cohaerentes praetereunt more luporum, qui dicuntur, quum flumen aliquod tranant, mordicus quisque proxime praecedentis caupam tenere. Sed haec ſunt Grammaticorum ridenda figmenta. Veram deriuationem adfert Macrobius Sat. Lib. I. Cap. 17. (p. 302. ed. Zeunii) vetuſtiſſimos ſcilicet Graecorum annum adpellaſſe τὸν λυκάβαντα, ἀπὸ τȣ̃ λύκȣ, i. e. a *ſole*. Solem autem λύκον vocari, etiam Lycopolitanam Thebaidis ciuitatem teſtimonio eſſe. Solis autem curſu et recurſu annum effici notum eſt. *Heskin.* v. Hom. Odyſſ. XIV, 161. vbi ſchol. deriuat a λυγαίως βαίνειν. at Barneſius ibi adfert locum ex Iuliani, Apoſtatae, Orat. IV. fol. 154. καί τοι λυκάβαντά φασιν ἀπὸ τȣ̃ θεȣ̃ Ἡλίȣ, τὸν ἐνιαύσιον χρόνον. Ὀνομάζει δὲ αὐτὸν ȣ̓χ Ὅμηρος μόνον, οὐδὲ οἱ γνώριμοι τῶν ἑλλήνων,

τȣ̃το

τῦτο τὸ ὄνομα· πρὸς δὲ καὶ ὁ Θεός. Διανύων γάρ φασιν, ὀρχηθμῷ λυκάβαντα, δυωδεκάμηνα κέλευθα. adde Clark ad Homeri locum. Macrobii, ſententiam probat quoque Damm in Lex. Graec. col 294. additque: imo, quum et luna dicta ſit ἡ λύκη, vnde Latini eam dicunt *noctilucam*, videri poſſit ὁ λυκάβας eſſe menſis lunaris, vt ſit: *bey dem ietzigen Mondenlicht*, hoc menſe.

17. εἴαρι πάντα κύει) Virgil. Ecl. III, 96. citante Vulcanio,

> Et nunc omnis ager, nunc parturit arbos,
> Nunc frondent ſiluae, nunc formoſiſſimus annus.

Quem ſic imitatur Calpurnius Bucolic. Ecl. V, 19. (ad quem locum vide Titium et Barth.)

> Tunc etenim toto vernanti gramina ſilua
> Pullat, et aeſtiuas reparabilis inchoat vmbras:
> Tunc florent ſiluae, viridisque renaſcitur annus.

Ouid. Lib. I. Faſt. v. 151.

> Omnia tunc florent, tunc eſt noua tempora aetas,
> Et noua de grauido palmite gemma tumet.
> Et modo formatis operitur frondibus arbos,
> Prodit et in ſummum graminis herba ſolum.

Veris deſcriptiones vbique apud poetas ſcatent. *Heskin.* conf. Peruigilium Veneris, ibique Riuini notas pag. 51. 55. ſqq. Hagae Comitum 1712.

IDYLL. VII.

*) In editione Valckenariana hoc idyllium numeratur XV. conf. Statius Achilleid. Lib. I.

1. Ἦς νύ τι) Suſpicabatur Io. Pierſon, tres primos verſus ad aliud olim pertinuiſſe carmen: quo Lycidam

tidam Bion fecerat amores cantantem Polyphemis huiusque carminis Bionei partes feciſſe fragm. XII. et XIV. idem de fragm. X. forte ſuſpicari liceret. *Valck.*

Ibid. Σικελὸν μέλος) i. e. carmen bucolicum: hinc Virgilius, Ecl. IV, 1. *Sicelides Muſae*, et Moſcho III Σικελικαὶ Μοῖσαι· ſcilicet hoc profeos genus natum eſt in Sicilia. *Heskin.* de inſcriptione, forma et hominibus huius idyllii multus eſt Schwebel.

2. οἷον ὁ κύκλωψ) Tabula Polyphemi, et Galateae, omnibus nota, Bucolicis carminibus ſaepe materiem praebuit. Theocritus argumentum hoc tractauit Idyll. VI. et XI. et Ouid. Metam. Lib. XIII. fab. 8. qui multa a Theocrito mutuo ſumſit. *Heskin.*

3. Ἄεισεν πολυφ.) Theocrit. Idyll. XI, 13. citante *Longopetraeo:*

— ὁ δὲ τὰν Γαλάτειαν ἀείδων,
Αὐτῶ ἐπ' αἰόνος κατετάκετο φυκιόσσης,
Ἐξ ἀῦς, ἔχθισον ἔχων ὑποκάρδιον ἕλκος,
Κύπριδος ἐκ μεγάλας τὸ οἱ ἥπατι πᾶξε βέλεμνον.
Ἀλλὰ τὸ φάρμακον εὗρε· καθεζόμενος δ' ἐπὶ πέτρας
Ὑψηλᾶς, ἐς πόντον ὁρῶν, ἄειδε τοι αὖτα.

Ille autem Galateam cantans,
In ipſo littore tabeſcebat algoſo.
Ab ortu ſolis vsque acerbiſſimum gerens in pectore vulnus,
Quod ei a Venere potente telum in hepate fecerat
Attamen remedium inuenit: ſedens autem in rupe
Alta, in portum proſpectans talia cantabat.

Quem

Quem locum ita exprimit Naſo Met. Lib. XIII. fab. 5.

> Prominet in pontum cuneatus acumine longo.
> Collis: vtrumque latus circumfluit aequoris vnda,
> Hunc ferus adſcendit Cyclops, mediusque reſedit.
> Senſerunt toti paſtoria ſibila montes
> Senſerunt vndae. HESKIN.

5. Σκύριον, ὦ Λυκίδα, ζάλευ μέλος) Ita reſtituendum duco: cum antea in omnibus editionibus legeretur, Σκύριον Λυκίδα ζαλῶν μέλος, aperta violatione cum Proſodiae, tum grammaticae. Nullo enim modo penultima in Σκύριον poteſt produci; quare illud ὦ, quod manifeſte exciderat, in proprium locum reſtituimus. Nec τὸ ζαλῶν ferri poteſt, quum nullum in tota ſententia exſtet verbum, a quo pendeat illud participium, aut quocum concordet nominatiuus: quare lego ζαλεῦ modo imperatiuo, qua emendatione conſtructio fit facilis et aperta, et ad ſententiam complendam nihil deeſt. Heſychius exponit ζαλεῦ, μιμοῦ· verti *aemulare Scyriam cantilenam:* videtur autem nos Scyriis fuiſſe, amores Achillis et Deidamiae ſollemni cantico certis diebus celebraſſe: rogat igitur Myrſon Lycidam amicum, vt canticum illud celebre imitaretur. Ζαλεῦ dorice ponitur pro ζηλοῦ, a voce media verbi actiui ζηλόω. *Heskin.* Lennepii correctionem (vide V. L.) atque interpretationem recepi. Is quoque addit: ita ζηλοῦν apud Orpheum reperies Hymn. LXXII, 9.

Εἰρήνη χαίρουσα, βίον ζηλοῦσα βέβαιον.

6. Λάθρια — εὐνάν) Eodem more dicit Theocrit. in Oaryſt. lin. antepen. ἀνίστατο φώριος εὐνῆ. *Longopetr.*

petr. Hoc eſt, quod Muſaeus vocat v. 1. κρυφίους ἔρωτας. v. 182. σκοτόεσσαν Ἀφροδίτην. v. 237. κρυφίην εὐνὰν, Euripid. Troad. v. 252. λέκτρων σκότια νυμφευτήρια. Ion. v. 860. σκοτίας εὐνὰς, Ouid. Metam. Lib. IV. furtiua voluptas, et alicubi furtiuam noctem; Catullus, furtiuos amores; Virgil. Georg. IV, 346. dolos et dulcia furta. Petron. Cap. 26. furtiua oſcula. *Heskin.* adde Pareum ad Muſaeum v. 182. Markland. ad Statii Siluas, I, 2. verſ. 59. pag. 22. Burmann. II. ad Antholog. veter. Latin. I. epigr. 13. 3. et quae notaui in Chreſtom. lat. poet. ad Catull. LXXII. verſ. 136.

7. φᾶρος) Hic eſt veſtis muliebris. Nugatur hic de accentibus Palmer. in Exercitationibus ad Graecos auctores. *Heskin.* n. pag 818. vbi Palmer. non ſolum de ſignificatu vocabuli alieno quaerit, ſed id quoque ſcribit φᾶρος, cum accentu circumflexo, et ita etiam ſcripſit Valcken. adde Dammii Lexic. graecum, col. 2548.

Ibid.) ἔκως – μορφὰν –) Ita certiſſime emendauit Guil. Canterus. Editiones omnes habent ἐγεύσατο, nullo vel minime certe ſenſu. *Heskin.* Canterus ita correxerat in Nouarum lectionum Lib. VIII. Cap. 3. Schwebel haud ſpernit quidem hanc emendationem, ſenſui adcommodatiſſimam: at, quoniam caret fide codicum, tuetur vulgatam lectionem: ex eiusque mente, Achilles, quum vix annos nouem natus ad Lycomedem perueniſſet, in Deidamia γεύσασθαι μορφὰν, *formae pulcritudinisque vim atque robur primum expertus* fuiſſe dicitur. Illi igitur hic ſenſus verborum eſſe videtur: *Cane mihi, lycida, quomodo Achilles amore*

amore primum captus, Deidamiae formam delibare tentarit. Apud alios quoque ſcriptores huius verbi ſignificationem reperiſſe ſibi videtur. E. gr. apud Longum Lib. I. ποιμ. pag. 18. ed Iungerm. Τοιαῦτα ὁ βέλτιςος Δάφνις ἔπασχε καὶ ἔλεγεν, οἷα πρῶτον γενόμενος τῶν ἔρωτος ἔργων καὶ λόγων, *talia optimus Daphnis ſentiebat et dicebat, vtpote, qui primo tum amoris opera et ſermones inciperet;* et Lib. II. pag. 53. καὶ γευσάμενοι τῆς ἐν φιλήματι τέρψεως, ἀπλήςως ἐνεφορῦντο τῆς ἡδονῆς, *et guſtata oſculorum dulcedine, inexplebili quaſi ingurgitabantur voluptate.* Denique apud Moſchum in Megara v. 12.

Ὀυδὲ τόσον σφετέρῃσιν ἐγεύσατο φροντίσι κηδέων.

Neque guſtauit ſuis curis tantum dolorum.

Enimuero loca illa nihil probant: nam auctoritate vnius alteriusue teſtimonii probare debuerat formulam et veritatem ſenſumque γεύσασθαι μορφὰν, dein toti orationis nexui adcommodatior eſt Canteri correctio. Vulgatum ἐγεύσατο etiam Lennepius tamquam ineptum damnat, et, vt mihi quidem videtur, facili emendatione ita locum conſtituit:

Πῶς παῖς ἕσσατο, φάρει ὅπως δ' ἐψεύσατο μορφάν.

et φᾶρος in genere recte intelligit veſtimentum, quo Achilles indutus formam mentitus eſt femineam.

8. 9. Χ' ὅπως ἐν κώραις Λυκομηδίσι θαλπ' ἀλέγοισα

Ἀΐδη, ἠδὲ ἄπυςον Ἀχιλλέα Δηϊδάμεια.

F.

F. Vrſinus, quem ſequutae ſunt omnes editiones, dedit:

> Χ' ὅπως ἐν κώραις Λυκομηδίσιν ἀπαλέγοισα
> Ἀηδήνητ' ἄπαστον Ἀχιλλέα Δηϊδάμεια. * *

Et in notis inquit, "*forte pro πάστον reponendum πλαστὸν, vt ἀηδήνητ' ſit, latuerit.*" — Quod quis intelligat? — Scaligerus ſic legendum ſtatuit:

> Χ' ὅπως ἐν κώραις Λυκομωδίσι θάλπ' ἀλέγοισα
> Ἄκμηνον, καὶ ἄπαστον Ἀχιλλέα Δηϊδαμέια.

Rectiſſime priorem verſum reſtituit: non eodem in poſteriore in corrigendo vſus acumine. Quid, obſecro, iſtud ἄκμηνον καὶ ἄπαστον, *ieiunum et impaſtum* huc facit? Longopetraeus in priore verſu ſequutus eſt Scaligerum; in poſteriore legit ἀκλειῆ κα' ἄπυστον, *inglorium et inauditum.* Optime, quod ad ſenſum: ſed, quantum inter ſe diſtant litterarum apices, Ἀηδήνητ' et ἀκλειῆ καὶ! facilis etiam mutatio τοῦ ἄπυστον in ἄπαστον. Ipſe totum locum ſic lego:

> Χ' ὅπως ἐν κώραις Λυκομηδίσι θάλπ' ἀλέγοισα
> Ἀΐδη, ἠδὲ ἄπυστον Ἀχιλλέα Δηϊδάμεια.

Senſus optimus: mutatio minima. Ἀΐδη ponitur pro ἀϊδέα, quod eſt ab ἀϊδής, poetice pro ἀειδής, *obſcurus, ignobilis.* In prima ſede verſus eſt Anapaeſtus pro Dactylo, vt illud Homeri Iliad. IX, 5.

> Βορέης, καὶ Ζέφυρος, τώ τε Θρῄκηθεν ἄητον.

et Virgilius Georg. I, 482.

> Fluuiorum rex Eridanus, camposque per omnes.

Multa enim alia exempla facile eſſe proferre, in quibus poetae, Graeci praeſertim, eandem licentiam

 vſur-

vſurpauerunt. Finalem autem breuem non ſemper ſolere ante vocalem initialem praecidi, exemplum eſt illud Homeri Iliad. ά. verſ. 38.

— Τενέδοιο τε ἶφι ἀνάσσεις.

Heskin. Schwebel tamen vulgatum tuetur, arbitrans, in poetis praecipue multa vocabula reperiri ἅπαξ λεγόμενα, ſuoque auctori quaſi propria: atque ad haec pertinere duo haec vocabula, ἀπαλέγειν, pro ſimplici verbo ἀλέγειν, et ἀηδαίνειν pro ἀηδεῖν, Bioni noſtro propria: ἄπαςον denique pro, ἄγευςον, Achillem dici Deidamiae, antequam congreſſum habuiſſet cum illo familiariorem. Senſus igitur verborum hic illi eſſe videtur: "cane etiam, quomodo Deidamia inter filias Lycomedis, Achillem primis amoris initiis, antequam congreſſum familiariorem cum ipſo habuiſſet, magno ſtudio faſtidierit." Sed haec incerta ſunt et fluxa. — Verſus noni lectionem, quam codd. Vrſini exhibuerunt vitioſe, ἀηδήνη τ' ἄπαςον aſteriſco notauit, et intactam reliquit Valckenarius: ego tamen, vt aliqua medela ſenſui adhiberetur, cum Heskino mutaui. Palmerio ἀηδήνη vox rarior, nec alibi forte occurrens, videtur hic poni pro ἀηδής, et vocalis α hoc loco non priuatiue, ſed augmentatiue ἐπιτατικῶς ſumenda, quoniam Deidamia propter pulcritudinem celebratur, et ab Achille adamata eſt. At enim id minus iuuat ſenſum. Aptior eſt Lennepii coniectura atque ingenioſa; modo ſit certa:

Χὤπως ἐν κώραις Λυκομηδίσιν ἄγ' ἀλέγιζεν
Πηλείδην ἀγαπατὸν 'Αχιλλέα Δηϊδάμεια.

Si

Si litteris maiuſculis dubia vocabula ſcribas, differentia non adeo magna eſſe videtur: at tamen Heskini correctio minus aberrat a veſtigiis primae ſcripturae. Lennepius praeter ea poſt hunc verſum nonnulla deeſſe ſuſpicatur, ad Myrſonis verba pertinentia: "quae, ait, niſi hoc ſtatuas, nimis ſubito abrumperentur, nihil enim adhuc de nuptiis Achillis et Deidamiae dixerat, quarum tamen mentio neceſſaria admodum erat, propter ea, quod praecipuum Idyllii argumentum in eo ſitum fuerit, vt nuptiae Achillis celebrarentur. Eo enim vnice ducit inſcriptio, niſi et hanc falſam ſtatuas; quod tamen temerarium, et nullo ſuffultum tibicine admitti non poteſt.„ Acute quidem! At enim occurrere poſſumus huic ſuſpicioni, ſi, quod quidem a librariis ſaepius factum eſſe conſtat, ſtatuamus, verſus 10 – 14. eſſe iniquo loco poſitos, et poſt vltimum huius fragmenti verſum translocandos. Quo ſit, vt verſus 15 et ſequentes bene reſpondeant verſui nono, et toti orationi apte adhaereant. Id ſi audacius videbitur: forſan placebit aliis, placuit certe Valckenario, coniectura Ruhnckenii, legentis:

Χ' ὅπως ἐν κώραις Λυκομηδίσιν ἀγκὰς ἔχοισα
Πηλείδην ἀγάπαξεν Ἀχιλλέα Δηϊδάμεια.

Quo facto transpoſitio haud neceſſaria, ſed ſubintelligendum erit aliquid ſenſui idoneum: atque in deſcribenda animi perturbatione eiusmodi ellipſis et ſaltus eſt poetis haud infrequens. At nihil certi poſſumus definire, quoniam carminis exitu caremus. Ab ouo, a cauſſa belli, et cur delituerit Achilles, incepiſſe, et omnem mutui amoris fabulam eiusque finem nar-

narraſſe videtur Lycidas, vt Myrſonis voluntati ſatisfaceret. Quare connexio eſt poetica, nec tamen adeo ſubtiliter explicanda.

10. — *βωκόλος*) Iisdem fere verbis incipit 'Οαριστύς Moſchi.

> Τὰν πινυτὰν 'Ελέναν Πάρις ἅρπασε βωκόλος ἄλλος,
> Μᾶλλον ἔμ' ἡδ' Ἑλένα τὸν βωκόλον ἐστὶ φιλεῦσα.

vbi vide notas. *Heskin.*

11. Oenone fuit Nympha Phrygia, a Paride adamata, conf. Ouidii Heroid. V. epiſtola Oenonae ad Paridem. Helenae prior maritus fuit Menelaus, qui ob raptum Helenae bellum excitauit Troianum.

Ibid.) Statius Achill. I. verſ. 20. ſqq.

> Soluerat Oebaliam claſſem de littore paſtor
> Dardanus, incautus blande populatus Amyclas.

Mox: Inter ea meritos vltrix Europa dolores
Dulcibus armorum furiis, et ſupplice regum
Conqeſtu flammata mouet: — —
— — coeunt gens omnis, et aetas:
Nec tantum exciti bimari, quos Iſthmia vallo
Clauſtra, nec vndiſonae, quos circuit vmbo Maleae,
Sed procul amotae. etc.
— — innumera reſonant incude Mycenae:
Piſa nouat currus: vacuantur paſcua ditis
Arcadiae. etc.
Hos inter motus pigram gemit ora quietem
Theſſalis, et geminis incuſat fata querelis:
Quod ſenior Peleus, nec adhuc maturus Achilles etc.

Omnis

Omnis in abſentem belli manus ardet Achillem:
Nomen Achillis amant etc.

Verſus huc facientes ſolum adpoſuimus: ac Statium ipſum conſulere lectorem curioſum non pigebit. *Heskin.*

14. φέρων τίσιν, αἰνὸν ἀρήα) F. Vrſinus, (quem alii omnes ſequuntur impreſſi), edidit:

φέρων δισσὶν ἀναὶν ἄρνα *.

In notis autem inquit, "ἄρνα Clozomenii adpellant τὸν ὅρκον, atque eius iuramenti fieri mentionem a Steſichoro apud Homeri ſcholiaſten in Iliad. β'." Sed haec abs re. Magnus Caſaubonus legendum coniiciebat: φέρων χάριν Ἀτρείδῃσιν, vel tale quiddam. At haec coniectura longius a veteri ſcriptura recedit. Scaligerus, φέρων τισὶν αἰνὸν (vel αἰπὺν) ἀρήα *ferens aliquibus graue bellum:* vnde ſuam, (quam vnice amplector) confecit Longopetraeus, mutato tantum accentu. *Heskin.* Ego quoque retinui hanc felicem emendationem, quae ornatam, grauem et ſublimem continet ſententiam, ſpiratque animum fortem et nobilem. Vera igitur lectio vel mala dictantis pronunciatione, vel praua in priore codice ſcriptura, vel ignorantia librarii ita deprauata eſſe potuit. Quod ad ſenſum attinet, parum; litterulis vero et ductibus multum diſtat elegans Ruhnkenii coniectura, quam Valcken. veram eſſe putat, φέρων φθισάνορ' Ἀρήα. Lennepii coniectura

Μεῖνεν ἑὸν κατὰ δῶμα· φέρον δύσανον Ἄρηα,

ita vt φέρον (pro ἔφερον) ad Graecos, quos modo enumerauerat, quique Troianis bellum intulere, refe-

rendum ſit, facilis quidem eſt ad ſenſum et lenis medela; ſed minuit vim atque ornatum poeticum.

16. Εἴρια δ' ἄνθ' ὅπλων ἐδιδάσκετο, καὶ χερὶ λευκᾷ
Παρθενικὸν κόπον εἶχεν· ὑφαίνετο δ' ἦυτε κώρα·
Κάδδ' ἄρ' ἴσον τήναις θηλύνετο.

Ita lego, vt ſenſus eo iuuetur. Fr. Vrſinus et editiones omnes habent:

Παρθενικὸν κορὸν εἶχεν· ἐφαίνετο δ' ἦυτε κώρα.
Καὶ γὰρ ἴσον τήναις θηλύνετο.

Κόρος *ſcopam* ſonat: anglice *a Broom, or Beſom:* indignum ſane regina officium! vt filiam enim ſuam Thetis Lycomedis fidei Achillem commiſit, qui eum inter proprias natas educauit. Scaligerus lectionem hanc ineptam vidit et correxit; κόπον ſubſtituens. Longopetraeus veterem lectionem ſuſtinet, et multa inſulſe de reginarum antiquarum officiis comminiſcitur. Numquam ego crediderim, reginas aut reginarum filias, (praeſertim in Lycomedis aula, quae propter eruditum luxum apud Statium celebratur), ſcopa cubiculos verriſſe. Sed ſi etiam hoc illi concedamus, quod tamen concedi non poteſt; quod vult illud epitheton, παρθενικόν? *Virgineus* ſane *labor laníficium*, *fuſus* et *tela* dici poſſunt; nec talia opera antiquitus dedignabantur reginae maximae: quid autem *virginea ſcopa* ſibi velit, me fateor neſcire. Ceterum pro vulgato ἐφαίνετο emendaui ὑφαίνετο, vt eadem adhuc opera deſcribat poeta. Illud, *adparebat autem ſicut puella*, ἔννοια frigida, et nequaquam neceſſaria, vtpote verſibus proxime ſequentibus incluſa: correctio vero nouam et idoneam addit ἔννοιαν,

et

et Bionem a culpa tautalogiae vindicat. Quum vero illud ἐφαίνετο in textum irrepſerat librariorum oſcitantia, facilis fuit corruptio τῶ καδδ' ἄρ' in καὶ γάρ, et ita forſan de grammaticorum grege aliquis correxit, praecedentis ſententiae ſequelam ratus, quum in linea ſuperiore corruptam illam lectionem inueniſſet. *Heskin.* vide V. L.

Ibid.) Εἴρια δ' ἀνθ' ὅπλων) Statius de Deidamia Achillem docente, Achilleid. Lib. I. v. 570.

> Ipſa quoque et validos proferre modeſtius artus
> Demonſtrat, reficitque colos, et perdita dura
> Penſa manu.

Ipſe etiam Achilles de inertia ſua ſic queritur, v. 624.

> Aſt ego pampineis diffundere Brachia Thyrſis,
> Et tenuare colos, (pudet heu taedetque fateri)
> Iam ſcio.

Et ſic Deidamiam compreſſam conſolatur v. 642.

> — neque ego hos cultus, aut foeda ſubiſſem
> Tegmina, ni primo te viſa in littore: ceſſi
> Te propter: tibi penſa manu, tibi mollia geſto
> Tympana. — HESKIN.

17. καδδ' ἄρ' ἴσον —) Verbum illud θηλύνετο mores illos adfectatos, quos amor proprius et placendi ſtudium in feminis parit, feliciter exprimit. Theocrit. Idyll. 20. v. 14. καὶ πολὺ τᾷ μορφᾷ θηλύνετο. *Heskin.*

Ibid.) καὶ τόσον — παρειῆς) Elegantiſſime et venuſtiſſime Achillis formam laudat poeta: ſingula verba nouam aliquam ἔννοιαν exhibent. Ἄνθος eſt *iuuentae flos.* Heſiod. Theog. v. 988.

Τὸν ῥὰ νέον τέρεν ἄνθος ἔχοντ' ἐρικύδεος ἥβης.
Iuuenem tenerum florem habentem glorioſae pubertatis.

Homer. Odyſſ. λ'. v. 318.

— πρὶν σφῶϊν ὑπὸ κροτάφοισιν ἰούλους
Ἀνθῆσαι, πυκάσαι τε γένυς εὐανθέϊ λάχνῃ.
— *antequam illic ſub temporibus lanugo*
Floreret, ornarenturque genae florenti herba.

Virgil Aen. VIII, 160.

Tum mihi prima genas veſtibat flore iuuenta

Lucret. Lib. V, 886. ſq.

Tum demum pueris aeuo florente iuuentas
Occipit, et molli veſtit lanugine malas.

Pacuuius:

Nunc primum opacat flore lanugo genas.

Ceterum illud χιονέαις πόρφυρε παρειῆς ita exprimit Statius Achill. Lib. I. v. 161.

— *niueo natat ignis in ore*
Purpureus, fuluoque nitet coma gratior auro:
Nec dum prima noua lanugine vertitur aetas.

Heskin. v. ad Bion. I, 10. Callim. H. in Del. 112. ibique Erneſti et Spanhem. Theocr. XIII, 27. ibique not. καὶ τ' ἴσον ἄνθος χιονέαις πόρφυρε παρειῆς tentabat Eldick. παρῄισι maluit Salmas. apud Valck. vt verſus eſſet numeroſior.

20. καλύπτρῃ) *flammeo*, velamine, quo mulieres caput tegebant. Homer. Iliad. X, 406.

— ἡ δέ νυ μήτηρ
Τίλλε κόμην, ἀπὸ δὲ λιπαρὴν ἔρριψε καλύπτρην.
Mater autem euellebat comam, nitidumque abiecit velamen. Heſych. κάλυπτρα, κόσμητρα. Κεφαλῆς καλύμ.

λύμματα, vbi vide Alberti, qui iam laudauit Perizon ad Aelian. H. Var. VII, 9. pag. 490. edit. Gronou. et Perizonio videtur eius fuiſſe generis, vt arcere pluuiam poſſit, et promineat a capite. adde Feithii Antiqq. Homeric. p 324. ed. Stoeberi.

22. παρίζετο Δηϊδαμείᾳ) Sic reſtituit Gul. Canterus: Editiones omnes μαρίζετο Sed tale verbum vix, opinor, inuenies. Ego ipſe olim conieci: μιλίζετο Δηϊδαμείαν Sic Virgil Georg IV, 465.

Te dulcis coniux, te ſolo in littore ſecum,
Te veniente die, te decedente canebat.

Horat. Carm. Lib. II. od 9.

— nec tibi veſpero
Surgente decedunt amores,
Nec rapidum fugiente ſolem.

Statius de Achille Deidamiam ſectante, Achill. I, 558.

— illam ſequiturque premitque,
Improbus illam oculis iterumque iterumque reſumit:
Nunc nimius lateri uon euitantis adhaeret:
Nunc leuibus ſertis, lapſis nunc ſponte caniſtris,
Nunc Thyrſo parcente ferit: *modo dulcia notae*
Fila lyrae, tenuesque modos, et carmina monſtrat
Chironis, ducitque manum digitosque ſonanti
Infringit citharae; nunc occupat ora canentis
Et ligat amplexus, et mille per oſcula laudat.

HESKIN.

At emendatione Heskini opus non eſt, vide V. L. atque locus Statii modo ab Heskino laudatus, praecipue verſ. 561. firmat correctionem παρίζετο, vt iam vidit Lennep.

24. Σῶμ' ἀνὰ καλὸν ἄειρε τὰ δ' ἀδέα δάκρυα ἐπήνει) Ita lege e F. Vrſini coniectura. In libris omnibus

bus legitur: Στόμ' ἀνὰ, quod tum verſus, tum ſenſus reſpuit. Eadem emendatio Longopetraeo placuit, licet, ita ante eum legiſſe Vrſinum, aut diſſimulauit aut ignorauit. Poeta autem dicit, Achillem in amplectendo Deidamiam intra brachia ſua in aëre ſuſpenſam aliquamdiu tenuiſſe: qui mos iuuenibus aliquam cum ardore complectentibus non inſolitus. — Scaliger haec de lana capit, et legit,

Στᾶμ ἀνὰ, (vel potius ςάμονα) κ. α. τὰ δ' ἀδέα χαίρε ἀεπήει.

Male profecto: nunc enim de femineis operibus non agitur, vti recte Longopetraeus notauit; qui etiam τὰ δάκρυα intelligit de lacrimis, quas aliquot ſeparationis momenta, aut metus aut inquietudo a Deidamia exprimebant, quibus, vtpote adfectum verſus eum teſtantibus, gaudebat Achilles. *Heskin.* Apud Valcken. vti apud Schwebel. ita emendanda videbantur Scaligero: Στάμονα καλὸν ἄειρε, τὰ δ' ἀδέα χάιρε' ἐπήνει — τὸ καῖρος *glomus lanae aut ſtaminis.* Lennepius ita corrigit, at, vti equidem opinor, iuſto audacius, nec ſatis commode:

Στάμονα κάλον ἄειρε, τὰ δάιδαλα δ' ἄτρι' ἐπήνει.

Schwebelius in textu quidem retinuit Στόμ' ἀνὰ etc. in notis vero probare videtur Vrſini correctionem, quam equidem reliquis praefero, σῶμ'. addit enim: "quod hic amantium mos eſt, vt amicae corpore eleuato, oſcula figant. Eſt autem haec vox a luctatoribus, ad amoris luctam per metaphoram translata. Quum enim vnus alterum de ſua ſtatione deiicere nitere-

teretur, dicere ſolebat: ἤ μ' ἀνάειρ', ἢ ἐγὼ σε, *aut me attole, aut ego te.* Homer. Iliad. ψ. verſ. 724. coll. verſu 729."

31. Αὐτὰρ ἐγὼ μῶνα μίμνω, σὺ δὲ νύμφα καθεύδεις.

> Αἱ δύο παρθενικαὶ συνομάλικες, αἳ δύο καλαὶ
> Ἄλλα μόναι κατὰ λεκτρὰ καθεύδομες.

Ita legendum videtur. Editiones omnes habent,

> Αἱ δ' ὑποπαρθενικαὶ συνομάλικες, αἱ δύο καλαὶ
> Ἀλλὰ μόναι καὶ λέκτρα καθεύδομες.

Nullo ſenſu. Pro αἱ δ' ὑποπαρθενικαὶ, quam vocem non agnoſcunt lexica, leuiſſima mutatione repoſui, αἱ δύο παρθενικαὶ, quod etiam ſententiae non minimam elegantiam addit. Pro ἀλλὰ Longopetraeus legit ἄλλα, pro καὶ Scaligerus κατά. — Ceterum, quod ad ſenſum idem dicit paſtor apud Theocrit. Eunic. verſ. vlt. μώνη δ' ἀνὰ νύκτα καθεύδοις. Et elegantiſſima ſimplicitate conqueritur Sappho,

> Δέδυκε μὲν ἁ Σελάνα,
> Καὶ Πληϊάδες, μέσαι δὲ
> Νύκτες, παρὰ δ' ἔρχεθ' ὥρα·
> Ἐγὼ δὲ μῶνα καθεύδω.
> *Iam pulcra quidem Diana,*
> *Iam Pleïades ceciderunt,*
> *Iam nox media eſt, et hora*
> *Iam praeteriit: ipſa vero*
> *Ah! ſola cubo miſella.*

Vbi pro vulgato Πλειάδες metri cauſſa repoſui Πληϊάδες, monente Ioanne Cornelio de Paw. (et ſic dedit quoque Brunck in edit. ſua Anacreontis pag. 77. qui prae-

praeterea ſcripſit ἔρχετ' ἄρα. *Harl.*) — Ouidius Heroid. I, 7.

Non ego deſerto iacuiſſem frigida lecto. *Heskin.*

31. ἁ δὲ πονηρὰ Νύσσα καὶ δολία) Ita legendum coniecit Longopetraeus, et ante eum Iac. Palmerius in Exercitationibus ad graecos ſcriptores pag. 819. Vulgo Νύσσα γὰρ δολία· pro qua Scaligerus voluit Νύσσα γὰρ ἀργαλέα, minus eleganti, nec aeque poetico dicendi more. — Νύσσα vero proprie eſt *Meta*; ſed hic ſonat parietem ex metis ligneis compoſitum per Hypallagen ſingularis numeri pro plurali. *Heskin.*

Εἰδύλλιον ή. *)

Ἕσπερε, τᾶς ἐρατᾶς χρύσεον φάος Ἀφρογενείας,
Ἕσπερε, κυανέας ἱερὸν φίλε νυκτὸς ἄγαλμα,
Τόσσον ἀφαυρότερος μήνας, ὅσον ἔξοχος ἄστρων,
Χαῖρε φίλος· καί μοι ποτὶ ποιμένα κῶμον ἄγοντι
Ἀντὶ σελαναίας τὺ δίδε φάος· ὥνεκα τήνα
Σάμερον ἀρχομένα, τάχιον δύεν· ὐκ ἐπὶ φωρὰν

Ἔρχο-

1. Brunck et Valcken. inſerunt hic verſus, inter Moſchi carminum reliquias Idyll. VII. in vulgatis edd. absque vlla auctoritate vulgatos: quos Bionis exhibet Stobaeus Geſneri pag. 388; Grotii pag. 246. et Stephan. in Princip. poet. gr. etiam memorat, quos-

Diſcedit ab his Lennep. cui illud νύσσα minus aptum videtur huic loco: nox enim, ait, erat ſola, quae Achillem et Deidamiam ſeiungeret; non paries aliquis ex ligneis metis compoſitus, quemadmodum vocem νύσσα explicat Palmerius. Legendum itaque exiſtimat:

— — ἁ δὲ πονηρὰ
Νὺξ ἄγ' ἀργαλέα με κακῶς ἀπὸ σεῖο μερίσθει.

32. Οὐ γὰρ —) Cetera melitiſſimi huiusce poematii nobis edax tempus inuidet. Multa deeſſe videntur.

IDYLLIVM VIII

Veſper, aurea lux amabilis Veneris,
Care veſper, caeruleae noctis ſacrum ornamentum,
Tantum obſcurior luna, quantum praeſtantior aſtris,
Salue dilecte; et mihi ad paſtorem comiſſatum eunti
Tu lumen praebeto vice lunae: haec enim
Incipiens hodie, citius occidit. Non ad furandum

Eo

dam illos tribuere Bioni. 6. φωρὰν *ad furandi actionem*, *ad furandum*, Steph. in theſ. L. Gr. Heskin, Brunck, Valck. φωρᾶν, (quod quidem denotat, *in furto deprehendere*) reliqui editores, et cod. Leidens.

Ἔρχομαι, οὐδ' ἵνα νυκτὸς ὁδοιπορέοντ' ἐνοχλήσω·
Ἀλλ' ἐράω· καλὸν δὲ τ' ἐρασσαμένῳ συνερᾶσθαι.

Ειδύλλιον θ' *)

Ἄμερε κυπρογένεια διὸς τέκος, ἠδὲ θαλάσσας,
Τίπτε τόσον θνατοῖσι, καὶ ἀθανάτοισι χαλέπτεις;
Τυτθὸν ἔφαν· τί νυ τόσσον ἀπέχθεο, καὶ τί νυ σ' ἆτᾳ,
Ταλίκον ὡς πάντεσσι κακὸν τὸν ἔρωτα τέκηαι,
Ἄγριον, ἄστοργον, μορφᾳ̃ νόον οὐδὲν ὅμοιον;
Ἐς τὶ δέ νιν πτανὸν, καὶ ἑκαβόλον ὤπασας ἄμμιν,
Ὡς μὴ, πικρὸν ἔοντα, δυναίμεθα τῆνον ἀλύξαι;

Ειδύλλιον ί *)

Ὄλβιοι οἱ φιλέοντες, ἐπὴν ἴσον ἀντεράωνται.
Ὄλβιος ἦν Θασεὺς τῶ Πειριθόω παρεόντος,

Ἐι

7. ἐνοχλέω cod. Vrſini. verior tamen eſt D. Ruhnkenii emendatio apud Valck. ὁδοιπορέοντα λοχήσω. additque Valck. noti ſunt ὁδολόχοι et νυκτιλόχοι.

3. τί νυ σ' ἆτᾳ Longopetr. et Schier melior tamen emendatio Scaligeri, a Valck. recepta, καὶ τί νυ αὐτὰ Ταλίκον. Vulgatum et deformatum καὶ τίναυτα retinuit et Heskin et Schwebel. Prior tamen in ora adſcripſit, *forte* καὶ τί νυ σ' ἆτα. Steph. Winterton,

Eo, nec vt iter noctu facientem inuadam:
Sed amo: decet autem amantem iuuare.

IDYLLIVM IX

O placida Venus, Iouis et maris filia,
Quid eſt, quod adeo hominibus et Diis indignaris?
Parum dixi; quid adeo infenſa es, et quid te laedit,
Tantum vt omnibus Malum, Amorem, peperis,
Crudelem, immitem, ingenio longe diſſimilem formae?
Cur vero alatum eundem et peritum ſagittarium dediſti nobis,
Vt illum quantumuis acerbum non poſſemus effugere?

IDYLLIVM X

Beati, qui amant, cum aequaliter redamantur.
Beatus erat Theſeus, cum Perithous adeſſet;
Etiam-

Brunck hoc fragmentum inter Bionis reliquias non receperunt. 6. ἄμμιν pro vulgato ἡμῖν reſcripſi cum Valck. 7. τῆνον mutandum ſuſpicatur Villoiſon. apud Valk. in πτηνὸν vel πτανὸν, quod non neceſſarium puto.

1. In Valcken. edit. hoc carmen octauum locum, et id, quod ſequitur, ſeptimum occupat. In Brunckii Analectis noſtrum numeratur decimum, et ſequens

Ἐι καὶ ἀμειλίκτοιο κατήλυθεν εἰς Ἀΐδαο.
Ὄλβιος ἦν χαλεποῖσιν ἐν Ἀξείνοισιν Ὀρέστης,
Οὕνεκά οἱ ξυνὰς Πυλάδας ἤρητο κελεύθως.
Ἦν μάκαρ Ἀιακίδας ἑτάρω ζώοντος Ἀχιλλεύς·
Ὄλβιος ἦν θνάσκων, ὅτι οἱ μόρον αἰνὸν ἄμυνεν.

eſt XII. Schwebel locum ſextum noſtro adſignauit. — Hos vt Bionis verſus habet Stobaeus in Florileg. pag. 389. 5 ἤ;ητο cum Grotio, Brunckio et Valck. reſcripſi, pro vulgato ἄρητο, aut Heinſii et Wintertonii ἄρητο, aut Vulcanii ἄρητο. Gesner ἄρκτο. cod. Stobaei Pariſin. ἀρεῖτο. Valck. vero coniicit ἠρεῖτο. 7. θνασκόντ', ὅτε Gesner legere tentabat, mihi quoque antea in mentem venerat ἦν, θνασκοντ' ὅτι οἱ — adde notam.

ANIMADVERSIONES IN BIONIS IDYLL. VIII

*) Conſeruatum hoc Idyllium apud Stobaeum Cap. 61. F. Vrſinus Bioni tribuit: aliae fere omnes editiones Moſcho. *Heskin.* qui quidem inter Moſchi reliquias recepit, ſed vide V. L.

1. Ἕσπερε, —) Virgil. Aen. Lib. VIII, 389. ſqq.

Qualis vbi oceani perſuſus Lucifer vnda,
Quem Venus ante alios aſtrorum diligit ignes,
Extulit os ſacrum coelo, tenebrasque reſoluit.

Longopetraeus. Claudian. Feſcennin. od. 4.

Atto-

Etiamſi implacabilis deſcenderit in Plutonis *domum.*
Beatus erat inter rigidos Axenos Oreſtes,
Quoniam communes cum eo Pylades ſuſceperat profectiones.
Erat felix Aeacides ſocio viuente Achilles:
Beatus erat moriens, quoniam ipſi grauem mortem vltus eſt.

Attolens thalamis iubar Idaliüm
Dilectus Veneri naſcitur Hesperus.

Heskin. compara Homer. Iliad. X, 318. Callim. H. in Delum 303. ibique Spanheim, et Schwebel ad noſtrum locum.

2. νυκτὸς ἄγαλμα) Editio H. Stephani et vulgata vertunt, *noctis imago.* Male omnino. Quid enim eſt noctis imago, niſi nox ipſa, aut quiddam ei geminum. Accepit itaque Vulcanius ἄγαλμα pro *ſolatio* ſiue *oblectamento*, vt Catullus in Carm. nupt.

Hespere, qui coelo luces iucundior ignis.

Huiusce vero ſignificationis auctorem citat Homerum Iliad. Δ' vbi ait: βασιλῆϊ δὲ κεῖται ἄγαλμα, *de iis rebus, quae oblectamenti tantum cauſſa a regibus inter* κειμήλια *adſeruantur loquens.* — Sed in hoc Homeri loco aptius τὸ ἄγαλμα transferretur *decus, ornamentum:* non enim de iis rebus, quae oblectamenti tantum cauſſa inter κειμήλια adſeruantur; ſed et quorum aliquando eſt vſus, loquitur poeta, vti ex verſu proxime ſequenti patet:

Ἀμφότερον, κόσμος θ' ἵππῳ, ἐλατῆρι τε κῦδος.

H Ita-

Itaque verto, *ſacrum noctis decus.* "Videtur autem, vt notauit Vrſinus, Virgilius vocem illam ἄγαλμα decus vertiſſe, cum dicit, *Iri decus coeli*, et ἱερὸν facere ad illum verſum. Extulit os ſacrum etc." Pari venuſtate dixit Muſaeus v. 8. Λύχνιον ἔρωτος ἄγαλμα. *Heskin.* adde Theocrit. Id. II, 161. ſqq. ibique notam.

3. Τόσσον ἀφαυρότερος — ἄστρων) Sic reſtitui ex F. Vrſini editione: vulgatae omnes perperam habent ἀφαυρότερον, quod τῷ ἔξοχος nequaquam iungi poteſt: Vulcanii tamen edit. legit ἔξοχον, vt haec pendeant a voce ἄγαλμα. — Ceterum quod ad ſententiam loci, Homerus eodem encomio bellam hanc ſtellulam ornauit: vti notauit Longopetraeus,

Οἷος δ' ἀστὴρ εἶσι μετ' ἄστρασι νυκτὸς ἀμολγῷ
Ἕσπερος, ὃς κάλλιστος ἐν οὐρανῷ ἵσταται ἀστήρ.
Qualis ſtella procedit inter ſtellas, nocte intempeſta
Heſperus, quae pulcerrima in coelo poſita eſt ſtella.

Iliad. XXII, 317. ſic et Pindarus Iſthm. Od. 4. ſtroph. 2.

— ἑωσφόρος θα-
ητὸς ὣς ἄστροις ἐν ἄλλοις,
Lucifer conſpicuus ceu aſtra inter cetera.

Et Statius in Epicedio Pil. Vrſ. Silu. II, 79.

Qualis erat, (procul heu)! cunctis puerisque virisque
Pulcrior, et tantum domino minor! illius vnus
Ante decor, *quantum praecedit clara minores*
Luna faces, quantumque alios premit Heſperus ignes.

Qui locus huic Moſchi (Bionis) ad verbum fere reſpondet. Pulcerrima adulatione hanc ἔννοιαν ad Iulium ſidus transfert Flaccus, Lib. I. od. 12. v. 45.

— mi-

— micat inter omnes
Iulium ſidus, velut inter ignes
Luna minores.

Vide, ſi libet, Apollonium Argon. II, 46. et Q. Smyrnaeum Lib. V, 130. *Heskin.*

4. *κῶμον ἄγοντι)* Κῶμος ſignificat conuiuium, cantum, ſaltationem et Deum feſtiuitatis: generaliter feſtiuitatem ſonat. Heſychius, *κῶμος, εἶδος ὀρχήσεως ποιμένος* (Faber legit *ποιμενικῆς*) *τινὸς, ἢ μένη τινὸς* (Faber legit *ἡ μετὰ μέθης*, alii *ἢ μέλος τινός*). Theocriti Schol. in Idyll. III, 1. *κωμάζειν λέγεται ἐπὶ τῶν κατὰ νύκτα εἰς τὰς ἐρωμένας ἀπερχομένων.* — Vulgo vertitur, *commeſſatum eunti*, quae phraſi graecae optime reſpondet: Longopetraeus tamen gallice hoc modo verti iubet, *je vais conduire une ſerenade:* non enim ſolum, inquit, de coena loquitur poeta, ſed de amore etiam agitur. — Fateor. Sed verbum *commiſſari* non tantum ſonat *coenare*, ſed vox eſt generalis, aeque ac *κωμάζειν*, nec vna alia voce interpretanda. Recte *παραφράζει* B. Vulcanius:

— paſtorum conuiuia mixta choreis
Dum peto. —

Nec verbum *ἄγοντι* Longopetraei expoſitioni magis, quam communi, fauet: dicitur enim graece *ἄγειν ἡμέραν*, *diem agere*: et Dionyſius Periegetes alicubi inquit:

— *κῶμον ἄγουσιν ἐριβρεμέτῃ Διονύσῳ.*

Vbi *ἄγουσι* idem valet, ac latinum *agunt:* et hoc ſenſu *ἄγοντι* ponitur pro *ἄξοντι*. Sed et *ἄγω* ſimpliciter et abſolute poſitum ſignificat *ire:* vti teſtatur

 Heſy-

Heſychius, qui Homerum citat: ſic et Matth. Cap. 26. verſ. 46. et Ioann. Cap. 11. v. 7. In hoc ſenſu ſubauditur τὸ ἐπὶ vel εἰς ante κῶμον· priorem autem malo explicationem. *Heskin.* De voc. κῶμος vide Schwebel; tum ſupra ad Bion I, 27. ad Theocrit. Idyll. III, 1. Caſaubon. de poeſi ſatirica pag. 113. ibique Creen. ed. Rambachii. Obſeruatt. nou. miſcell. Tom. I. p. 89. Warton ad Theocriti locum probat quoque Vulcanii interpretationem noſtri loci. formulae κῶμον ἄγειν ſimilis eſt loquendi ratio ὀρτὴν (h. e. ἑορτὴν) ἄγειν ſ. ἀνάγειν *feſtum celebrare* apud Herodot. I. Cap. 147. III. Cap. 192. et VIII, 165.

6. οὐκ ἐπὶ φωρὰν) F. Vrſini et vulgatae editiones habent φωρᾶν cum circumflexu, vt infinitiuus pro ſubſtantiuo ponatur. Male: nam τὸ φωρᾶν non eſt *furari*, ſed *in furto deprehendere.* Legendum οὐκ ἐπὶ φωρὰν, quod nomen *ipſam furandi actionem* deſignat. *Heskin.*

8. ἐρασσαμ. συνερᾶσθαι) Vulgo vertitur, *decet autem amantem ſimul ab aliis amari.* Vertit Vulcan.

Verum amo. Amans alieno eſt, Heſpere, dignus amore.

Melius, ſi τὸ συνέρασθαι hoc modo exponatur, vertatur; *verum amo: dulce autem eſt, amantem redamari.* In hunc ſenſum videſis notas in vers 8. Moſchi VI. Idyllii. Sed haec γνώμη ſuperioribus verſibus ſubiicitur frigidiuſcule. Interpretor, (vt et Longop. in verſione ſua) τὸ συνερᾶσθαι, *in amore iuuare,* locumque ita verto; *ſed amo: decet autem amantem in amore iuuare,* vt ad Heſperum referatur, cuius opem orat poeta. Haec ἔννοια pulcra et naturaliter a materie ſubiecta oritur, et mellito quodam acumine hoc elegans et vere bellulum

lulum Idyllium claudit: cuius ad imitationem italici auctoris poemation confictum citauit Longopetraeus.

Vaga, amaroſa ſtella
A cui null' altra pari in ciel reſplende,
Ne ſi leggiadra il ſuo bel lume accende,
Mentre ch' al ſen della mia donna torno,
Al ſoave ricetto
Scorgendomi ti moſtra fida duce.

Heskin. adde Idyll. X. Bionis.

IDYLL. IX.

*) Exſtat hoc Idyllium in Theodori Canteri variis lectionibus, Lib. I. Cap. XX. pag 48 apud Ioannem Stobaeum Cap. 64. *Heskin.* pag. 401. ed. Gesn. pag. 267. ed. Grotii. Apud Valcken. vltimum locum occupat. Explicui quoque in Anthol. graeca poet.

1. Κυπρογένεια —) Non vna fuit Venus. Cicero de Nat. deor. Lib. III. n. 23. quatuor numerat. Bion Venerem Maris, et Iouis filiam adpellat contra vulgarem opinionem. Illa Venus, quae a Ioue genita eſt, Dionem matrem habuit. Illa, quae e mari nata eſt, ex aequorea ſpuma; et ſanguine genitalium coeli generata fertur. *Longopetr.*

3. Τυτθὸν ἔφαν —) Sic Daphnis apud Theocrit. Idyll. I, 100.

— Κύπρι βαρεῖα,
Κύπρι νεμεσσατά, κύπρι θνατοῖσιν ἀπεχθής.
— *Venus grauis,*
Venus odioſa, Venus mortalibus infenſa.

Longopetr. idem reſtituit καὶ τί νυ σ' ἄτα. Vulgo καὶ * τίνατα nullo ſenſu et repugnante etiam metro

 legi-

legitur. *Heskin.* adde Tibull. III, 4. 73. ſqq. ibique Brouckhus.

5. *μορφᾶ — ὅμοιον*); Non multum huic abſimile illud Moſchi in Amore fugitiuo, ſ. I, 9. (vbi v. notam).

Οὐ γὰρ ἶσον νοέει, καὶ φθέγγεται. *Longopetr.*

conf. Theocr. III, 15. ſq. et quae ibi notaui. Schwebel quoque laudat Apollon. Argon. IV, 446. Vim et potentiam Amoris copioſe expoſuit et illuſtrauit Klotz in libro: *Veber den Nutzen vnd Gebrauch der alten geſchnittenen Steine, vnd ihrer Abdrücke*, pag. 198. ſqq. et Burkard *von der Vebereinſtimmung der Werke der Dichter mit den Werken der Künſtler nach dem Engliſchen des Herrn* SPENCE. Wien. 1773. pag. 89. ſqq. vbi de Venere et Amoribus diſputat copioſiſſime.

6. *Ἐς τί δέ νιν — τῆνον ἀλύξαι*) Belliſſima haec *ἔννοια.* Eadem fere legitur in Epigrammate quodam graeco,

> *Φεύγειν δὴ τὸν Ἔρωτα κενὸς πόνος· οὐ γὰρ ἀλύξω*
> *Πεζὸς ὑπὸ πτηνοῦ πυκνὰ διωκόμενος.*
> *Fugere Amorem labor irritus: non enim euadam*
> *Pedes ab alato celeriter inſectatus.*

Taſſus in Amynta: *E che giova fuggir da lui ch' a l'ali?* LONGOPETR. Propert. I, 1. ſeqq. vbi v. Brouckh.

> Cynthia prima ſuis miſerum me cepit ocellis
> Contactum nullis ante Cupidinibus.
> Tum mihi conſtantis deiecit lumina faſtus,
> Et caput impoſitis preſſit Amor pedibus.

Sed

Sed tota legenda eſt elegia, adde lepidum Propertii carmen de forma et vi Amoris Lib. II. el. 9. vbi Brouckhus. venuſtum Marulli epigramma eiusdem argumenti adfert. Idem Propert. II. el. X, 1. ſeqq. queritur:

> Non tot Achaemeniis armantur Suſa ſagittis,
> Spicula quot noſtro pectore fixit Amor. etc.

IDYLL. X.

*) Hoc Idyllium, (vel potius Idyllii fragmentum) legitur apud Stobaeum in capite περὶ Ἀφροδίτης πανδήμου. *Heskin.*

1. Ὄλβιοι —) Theocrit. Idyll. XII, 15. (vbi vide Warton.)

> ἦ ῥα τότ' ἦσαν
> Χρύσειοι πάλαι ἄνδρες, ὅκ' ἀντιφίλησε φιληθείς.
> *Certe tunc fuerunt*
> *Aurei olim viri, quum redamaret amatus.*

Heskin. adde Theocrit. XVIII, 50. 51. Anacreon od. 46. Moſchum VI, 8. ibique not.

2. Horum heroum amicitiae mutuae ſunt notiſſimae, vide Schwebel. De Theſeo Meurſius librum ſcripſit ſingularem, receptum in Gronouii Theſaur. Antiqq. graec. vol. X adde Begeri theſaur Brandenburg. Tom. I. pag. 99. ſeqq. de Achille et Patroclo fundus eſt Homer. Iliad. Ψ. 85. adde Aeliani V. H. Lib. XII, 7. et 25.

4. χαλεποῖσιν ἐν Ἀξείνοισιν) Axeni, gens, quae Ponti Euxini oras habitat. Nominis rationem ita reddit Ouidius Triſt. IV, 4. 55. ſqq.

Frigida me cohibent Euxini littora ponti,
Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.
Nam neque iactantur moderatis aequora ventis,
Nec placidos portus hoſpita nauis habet,
Sunt circa gentes, quae praedam ſanguine quaerunt,
Nec minus infida terra timetur aqua.

Lucianus in Toxar de Pylade et Oreſte: *μήτε τὴν προσηγορίαν καταδείσαντες, ὅτι ἄξενος ἐκαλεῖτο, οἶα, οἶμαι, ἀγρίων ἐθνῶν περιοικούντων.* *Neque adpellationem timentes, quod inhoſpitalis vocabatur, ob gentes, vt puto, feras circum habitantium.* Theocrit. in Hyla v. 75. de Phaſi, eius regionis fluuio:

— Καὶ ἄξενον ἵκετο Φᾶσιν
— *Et inhoſpitalem venit ad Phaſin.*

Longopetr. adde, ſi velis, quae ad locum Ouidii adnotaui, et Strabon. Geogr. Lib. VII. pag. 458. et 460. ed. Almel.

6. Ἦν μάκαρ — αἰνὸν ἄμυνεν) Locus hic diuerſe exponi poteſt: vel, *beatus erat Patroclus moriens, quia ab Achille mortem propulſauit*: Achillis enim armis indutus ab Hectore occiſus fuit, qui ipſum Achillem eſſe credidit: vel, *Achilles beatus erat moriens, poſt vltam enim Patrocli caedem mortuus eſt*, et ita exponendum ſyntaxeos regulae poſcere videntur. Achilles enim nominatiuus eſt proximus, et optime cum verbo concordat. Alteram tamen interpretationem malo. *Beatus erat moriens, quoniam eius mortem vltus eſt Achilles*, participio ſcilicet θνάσκων ad Patroclum relato, quod oppoſitio inter ζώοντος et θνάσκων, indicare videtur. Haec expoſitio aliis praeferenda, vtpote quae naturae conuenientiſſima, hanc enim ſequan-

quuntur Longopetraeus et Laurentius Gambara; et mirifice confirmat Patrocli morientis oratio apud Homerum Iliad XVI, 843. ſqq.

Ἤδη νῦν, Ἕκτορ, μέγαλ' εὔχεο· σὺ γὰρ ἔδωκε
Νίκην Ζεὺς Κρονίδης, καὶ Ἀπόλλων, οἵ μ' ἐδάμασσαν
Ῥηϊδίως· — — —
Ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν,
Οὔ θὴν οὐδ' αὐτὸς δηρὸν βίῃ, ἀλλά τοι ἤδη
Ἄγχι παρέστηκεν θάνατος, καὶ μοῖρα κραταιὴ,
Χερσὶ δαμέντ' Ἀχιλῆος ἀμύμονος Αἰακίδαο.
Nunc, Hector, valde gloriaris: tibi enim dedit
Victoriam Iupiter Saturnus, et Apollo, qui me vicere
Facile; — — —
Aliud autem tibi dicam, tu vero menti iniice tuae,
Non quidem, non ipſe diu viues, ſed tibi iam nunc
Prope adſtitit mors et Parca violenta
Manibus domando Achillis eximii Aeacidae.

Grotius in Stobaeum coniecit, vt de Achille ſermo côntinuaretur,

Ὄλβιος ἦν θνάσκοντος ὅταν μόρον αἰνὸν ἄμυνεν.
Felix tunc etiam cum fatum eſt vltus amici.

Ingenioſa quidem coniectura; ſed quum recepta lectio vindicari poteſt; an nouam amplecti, vel veterem ſcripturam retinere velit, penes eſt lectorem. *Heskin.* Poſteriorem interpretationem, ſenſui et hiſtoriae aptam, iam praetulerat Palmerius, cui calculum adiecit Schwebel, qui praeter ea Homerum Iliad. Σ. 114. et Ω. 416. tamquam teſtem adpellauit: at nondum omnis grammatica difficultas ſublata eſt.

Τοῦ αὐτοῦ Βίωνος Λείψανα τινά.

εἰς Ὑάκινθον Λείψανον Α.

Ἀμφασία τὸν Φοῖβον ἕλεν τόσον ἄλγος ἔχοντα·
Δίζετο φάρμακα πάντα, σοφὰν δ' ἐπεμαίετο τέχ-
ναν·
Χρῖεν δ' ἀμβροσίῃ καὶ νέκταρι, χρῖεν ἅπασαν
Ὠτειλάν· Μοίραισι δ' ἀναλθέα φάρμακα πάντα.

Λείψ. Β. *)

Ου καλὸν, ὦ φίλε, πάντα λόγον ποτὶ τέκτονα φοι-
τῆν,
Μηδέ τι πάντ' ἄλλου χρέος ἰσχέμεν· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς
Τεχνᾶσαι σύριγγα· πέλει δέ τοι εὐμαρὶς ἔργον.

Λείψ. Γ. *)

Μοίσας Ἔρως καλέοι, Μοῖσαι τὸν Ἔρωτα φέροιεν·
Μολπὰν καὶ Μοῖσαί μοι ἀεὶ ποθέοντι διδοῖεν,
Τὰν γλυκερὰν μολπὰν, τᾶς φάρμακον ἅδιον οὐδέν.

Λείψ.

FRAGM. I.

1. Quam in textum recepi lectionem, eam Gul. Canterus et Grotius in ſuis quisque codd. receperunt, *Heskin* in ora ſuaſit, et Schweb. Brunck atque Valck. reſcripſerunt. Vrſinus ex Farneſiano dederat, Ἀμφασία τὸν βίον ἕλεν· cuius loco τὸν φοῖβον etiam Theod. Canter. ſcribendum monuit. Vulcanii lectionem: Ἀμφασία δὲ Βίων' ἕλε τοσσόν δ' ἄλγος ἔχοντα dederunt Steph. Wintert. et in textu Heskin, vnde Hig-

BIONIS FRAGMENTA QVAEDAM.

IN HYACINTHVM FRAGM. I.

Conſilii inopia phoebum occupauit tantum dolorem ſuſtinentem.
Quaerebat remedia omnia, et ſapientem exquirebat artem:
Vngebat etiam Ambroſia et nectare, vngebat totum
Vulnus: ſed Parcis remedia omnia vana ſunt.

FRAGMENTVM II.

Non pulchrum, (*eſt*) o amice, omni de cauſa ad fabrum ventitare,
Neque in omnibus alio indigere: ſed et ipſe
Fabrica fiſtulam; eſt autem tibi facile opus.

FRAGMENTVM III.

Muſas amor vocet, Muſae amorem ferant:
Cantum Muſae mihi ſemper amanti donent,
Dulcem cantum, quo medicamentum iucundius nullum.

FRAG-

tius apud Valck. fecerat Ἀμφασία Παιῶν' ἕλε. 2. ἐπεβαίνετο, quod F. Vrſinus inuenit in cod. Flor. Vulcanius recte emendauit in ἐπεμαίετο, quod Stephan. Heinſius et reliqui edd. admiſerunt in textum, praeter Canterum et Grotium, qui vitioſum verbum ἐπεβώετο *implorabat*, ex Stobaeo dederunt. Salmaſius apud Palmerium legendum cenſuit ἐπεμώετο *inueſtigabat*. 3. ἀμβροσίᾳ F. Vrſin. Brunck. Schier, inuito Valckenario.

Λειψ. Δ.

Ἐκ θαμινῆς ῥαθάμιγγος, ὅκως λόγος, αἰὲν ἰοίσας
Χὠ λίθος ἐς ῥωγμὸν κοιλαίνεται.

Λειψ. Ε.

Αὐτὰρ ἐγὼν βασεῦμαι ἐμὰν ὁδὸν, ἐς τὸ κάταντες
Τῆνο, ποτὶ ψάμαθόν τε καὶ ἠϊόνα ψιθυρίσδω,
Αἰσσόμενος Γαλάτειαν ἀπηνέα· τὰς δὲ γλυκείας
Ἐλπίδας ὑστατίω μέχρι γήραος οὐκ ἀπολείψω.

Λειψ. ς'. *)

Μηδὲ λίπῃς μ' ἀγέραστον· ἐπὴν χὡ Φοῖβος ἀείδειν
Μισθὸν ἔδωκε· τιμὰ δὲ τὰ πράγματα κρέσσονα ποιεῖ.

Λειψ.

FRAGM. IV.

1. Vitioſa primi verſus ſcriptio in edit. Veneta Stobaei, ὧ κ' ὡς λόγος αἰ ἐσιοίσας· praebet ſaltem formam rariorem, quam etiam habet cod. Leid. αἰὲς ἰοίσας a Grammaticis adnotatam: ait Valcken. In verſu ſequenti ῥωχμὸν edidit Brunck. vtramque formam vſitatam fuiſſe, monet Valck.

FRAGM. V.

1. βασεῦμαι ex emendatione Vrſini venit, duce MS. Stobaeo, in editiones Brunckii, Valck. Schierii. In reliquis remanſit vetus, eaque incommoda, lectio ἐγὼν βὰς ἐν καὶ ἐμάν. 2. αἰόνα ψιθυρίσδων Brunck, for-

FRAGMENTVM IV.

Ex crebra gutta, vt prouerbium eſt, ſemper eunte
Etiam lapis in foramen cauatur.

FRAGMENTVM V.

At ego procedens meum iter, in loco decliui
Iſto, apud arenam et littus ſuſurro,
Duram obſecrans Galateam: dulcem vero
Spem ad extremam vſque ſenectutem non relinquam.

FRAGMENTVM VI.

Nec ſinas me ſine praemio: nam et Apollo pro cantu
Mercedem dedit. Honor vero res meliores facit.

FRAG-

ſan ex edit. Trincau. cui ſuccurrit cod. Leid. apud Valck. 4. οὐκ ἀπολείψω correxit Gesner in margine, et firmatur auctoritate cod. Leidens. atque ſic dederunt Stephan. in edit. min. Winterton. et reliqui. οὐκ ἀπολείψει ed. Trinc. et Steph. in Principibus poet gr. ἀπολείψειν ed. Gesneri.

FRAG. VI.

2. Μισθὸν ἔδω dedit Brunck, Guyetum ſequutus. v. notam. Hanc vero formam rariſſime certe obuiam eſſe, iudicans Valck. ſeruata, ait, forma ſollemni, vox transponi poterit: Μισθὸν ἔδωκε· ποιεῖ δὲ τὰ πράγματα κρέσσονα τιμά.

Λειψ. Ζ.

Μορφὰ θηλυτέρῃσι πέλει καλὸν, ἀνέρι δ' ἀλκά.

Τέλος τῶν τῦ Βίωνος Εἰδυλλίων.

1. Adſcriptum huic verſui in edit. Stobaei prima: ἐκ τῶν τῦ Βίωνος βυκολικῶν. Eſt in Stobaeo Geſn. pag. 407. Exc. Grotii pag. 269. *Valck.* in cuius editione eſt pag. 329. n. XIV. In edit. Schwebelii eſt fragment. VI.

ANIMADVERSIONES IN BIONIS FRAGM. I.

1. Iuuat hic repetere Theodori Canteri animaduerſionem in variarum lectionum Lib. II. Antwerp. 1574. pag. 46. — „ Bionis verſus hi ſunt, (vti ille dedit):

Ἀμφασία τὸν Βίον εἷλεν τόσον ἄλγος ἔχοντα
Δίζετο φάρμακα πάντα, σοφὰν δ' ἐπεβαίνετο τέχναν etc.

His in verſibus primum pro, βίον, omnino legendum contenderim φοῖβον. et in ſecundo verſu ſi quis velit legere pro ἐπεβαίνετο, ἐπεβώετο, non refragabor: vt hic ſit horum verborum ſenſus: cunctatione captum fuiſſe Apollinem, propter grauiſſimum, quem in corde habebat, dolorem. Quaeſiſſe omnia medicamenta, ipſam medicinam inuocaſſe, vnxiſſe tandem corpus ambroſia et nectare, et ipſum etiam vulnus, ſed omnia fruſtra. Fatis enim repugnantibus, inutilia omnia medicamenta. Hic enim Hyacinthus, vt eſt in fabulis, ab Apolline amaſio ſuo, qui tanto ipſius amore te-

FRAGMENTVM VII.

Forma mulieribus eſt res decora, viris autem fortitudo.

Finis Bionis Idylliorum.

tenebatur, diſci iactu, inter iaculandum interfectus eſt. Quod ipſum etiam grauiſſime ei ab Aeſchylo poeta quodam loco exprobratur, quum ſic inquit:

Ἐνδαιτεῖσθαι τὰς ἐὰς εὐπαιδίας,
Νόσων τὲ ἀπείρȣς καὶ μακραίωνός βίȣ
Ξύμπαντά τε εἰπὼν, θεοφιλεῖς ἐμὰς τύχας
Παιὼν ἐπευφήμησεν εὐθυμοῦ ἐμὲ,
Κἀγὼ τὸ Φοίβȣ θεῖον ἀψευδὲς ϛόμα
Ἤλπιζον ἔιναι. μαντικῇ βρύων τέχνῃ,
Ὁ δ' αὐτὸς ὑμνῶν, αὐτὸς ἐν θοίνῃ παρὼν,
Αὐτὸς τάδ' εἰπὼν, αὐτός ἐϛὶν ὁ κτανὼν
Τὸν παῖδα τὸν ἐμόν.„ —

Ibid.) Pari modo, auctore Schwebelio, Apollon. Rhod. III, 284. *ἀμφασίη λάβε θυμὸν*, et v. 1370. τὸν δ' ἕλεν ἀμφασίη — – Αἰήτην. — De Hyacintho vide ad Theocr. X, 28 — Apollo medicinae quoque auctor habebatur. v. Schwebel. Tibull. II. eleg. 3. 13. de Apolline, Admeti tauros paſcente:

Nec potuit curas ſanare ſalubribus herbis:
Quicquid erat medicae, vicerat, artis, amor.

vbi cel. Heyne putat, Bionem (noſtro loco) omnibus forte praeiuiſſe poetis. Hinc Ouid Triſt. III, 3. 10. *Nullus*, Apollinea, *qui leuet arte malum.* Apud eundem Ouid. I. Metam. 521. ait Apollo: *Inuentum medicina meum eſt* etc. vide Burmann ad Ouid. Remed. verſ.

verſ. 75. et ad Valerii Flacci Argon. V, 17. Hinc nummus Treboniani Galli dicatus eſt *Apollini Salutari* apud Oiſelium tabul. XXXVII, 9. in Theſauro ſelectorum numiſmat. antiquorum, atque Romae is habuit templum nomine *Medici*, teſte Liuio XL. Cap. 51. adde Strabon. Geogr. Lib. XIV. pag. 942. atqui cultus Apollinis medici antiquior eſſe videtur.

4. compara Theocr. XXIV, 68. — mox *ἀναλθὲς* explicat Heſychius h. v. *ἀνίαστον*, *ἀνυγέαστον*, *ἀναίσθητον*. adde Foeſium in Oeconom. Hippocr. pag. 49. qui interpretatur, *incurabile*, *inſanabile*, *immedicabile*. Idem Foeſius pag. 694. explicat vocab. *ὠτειλαὶ*, h. e. cicatrices, vlcera, et *recentia vulnera*, quae vltima interpretatio h. l. valet.

FRAGM. II.

*) Hi tres verſus vna cum fragm. XI. (in hac edit. IV.) leguntur, vt Bionis Smyrnaei in Stobaeo Gesneri pag 200. Grotii pag. 132. In prima edit. Veneta adſcriptum: *Σμυρναίου βουκολικοῦ*. In MS. Leid. *ἐκ τῶν Βίωνος Σμυρναίου βουκολικῶν*. *Valcken.* in cuius editione eſt fragm. IIX.

1. *Οὐ καλὸν* —) Haec allegorice dicta accipit Longopetraeus *de iis, qui alienis opibus diuites, numquam quidquam de ſuo proferunt.* Sed quum hoc fragmentum ſit breuiſſimum, confidenter quidquam pronuntiare non licet. *Heskin.*

FRAGM. III.

*) Hoc fragmentum ex MS. Farnes. Stob. *φυσ.* Cap. 12. protulit Vrſinus. *Heskin.* In Eclogis Stobaei,

a

a Cantero poſtea editis, legitur pag. 22. vt ἐκ τῶν Βίωνος βουκολικῶν. Primus horum verſ. vitioſe ſcriptus in edit. Canteri, in Excerptis Grotii prodiit, pag. 149. ex cod. Pariſ. emendatus. *Valcken.*

1. Μοῖσαι ἔρως —) Theocritum videtur imitari poeta Idyll. XI, 1.

> Οὐδὲν ποττὸν ἔρωτα πεφύκει φάρμακον ἄλλο,
> Νικία, οὔτ' ἔγχριστον, ἐμοὶ δοκεῖ, οὔτ' ἐπίπαστον,
> Ἢ ταὶ Πιερίδες· κοῦφον δέ τι τοῦτο καὶ ἁδὺ
> Γίνετ' ἐπ' ἀνθρώποις· εὑρῆν δ' οὐ ῥάδιόν ἐστι.
> *Nullum contra amorem eſt remedium aliud,*
> *O Nicia, quod aut inungi, (vt mihi videtur) aut adſpergi poſſit,*
> *Quam Pierides: leue autem admodum hoc et ſuaue*
> *Eſt hominibus: inuenire tamen difficile eſt.*

Quo facit etiam Apollinis apud Ouidium querela:

> Hei mihi, quod nullis amor medicabilis herbis!

Ceterum cantum ad taedium, quod ex amore percipitur, minuendum plurimum valere docet Plutarchus in Quaeſtion. Conuiu. — Heſiodus Muſas vocat:

> Λησμοσύνην τε κακῶν, ἄμπαυμά τε μερμηράων.
> *Obliuionemque malorum, et ſolatium curarum.*

Theogon. v. 55. et v. 96. ſqq. fuſius idem argumentum proſequitur.

> — ὁ δ' ὄλβιος, ὅντινα Μοῦσαι
> Φιλεῦνται· γλυκερὴ οἱ ἀπὸ στόματος ῥέει αὐδή.
> Εἰ γάρ τις καὶ πένθος ἔχων νεοκηδέϊ θυμῷ

῎Αζηται, κραδίην ἀκαχήμενος, αὐτὰρ ἀοιδὸς
Μουσάων θεράπων κλεῖα προτέρων ἀνθρώπων
῾Υμνήσῃ, μάκαράς τε θεοὺς, οἳ ῎Ολυμπον ἔχουσιν·
Αἶψ᾽ ὅγε δυσφρονέων ἐπιλήθεται, οὐδέ τι κηδέων
Μίμνηται, ταχέως δὲ παρέτραπε δῶρα θεάων.

— *Ille vero beatus, quemcunque Muſae*
Amant: ſuauis ei ab ore fluit vox.
Si quis enim luctum habens recenti - dolore - ſaucio animo
Triſtetur, corde dolens, ceterum poeta
Muſarum famulus, res claras priſcorum hominum
Celebrauerit, beatosque deos, qui Olympum tenent:
Statim hic quamquam aegre - ferens obliuiſcitur, nec dolorum
Meminit, ſed cito eum deflexerunt alio dona dearum.

Vnde recte Horatius, Lib. IV. od. 11.

minuuntur atrae
carmine curae.

Virgilius Georg. Lib. IV, 464.

Ipſe caua ſolans aegrum teſtudine amorem.

Nemeſian. Bucol. Eclog. IV, 19.

Cantet, amet quod quisque: leuant et carmina curas.

et Eclog. II, 14.

Tum vero ardentes flammati pectoris aeſtus.
Carminibus, dulcique parant releuare querela.

HESKIN.

adde

adde Theocrit. IX, 33. ſeqq. Iure autem videtur Schwebelio hoc fragmentum eſſe exordium totius carminis, quod quidem iniuria temporis intercidit: et forſan fragment. V. fuit pars illius carminis. Poetae enim a Muſarum inuocatione carmina ſaepius ſueuerant auſpicari. Vide Schraderum ad Muſaeum Animaduerſ. Cap. I. et Lennep. Animaduerſ. ad Coluthum Cap. I.

2. ποθέοντι) Vertendum *amanti*, quod loci huius ſenſui melius conuenit, quam *cupienti*. *Longopetr.* Ita quoque ſentit Schwebel. vide Idyll. IV, 1. 2.

FRAGM. IV.

*) Hoc fragmentum reperitur apud Stobaeum Cap. 27. *Heskin.*

1. ἐκ θαμινῆς) Prouerbium omnibus fere gentibus vſitatum. Ouid.

> Quid magis eſt durum ſaxo? quid mollius vnda?
> Dura tamen molli ſaxa cauantur aqua.

Et

> Gutta cauat lapidem, non vi; ſed ſaepe cadendo.

Lucret. Lib. I, 314.

> Stillicidii caſus lapidem cauat. —

Tibull. I. el. 4. 18.

> Longa dies molli ſaxa peredit aqua.

Propert. Lib. II. eleg. 19. v. 55.

> Sed tamen et ſcabra teritur rubigine mucro
> Ferreus et paruo ſaepe liquore ſilex.

Heskin.

FRAGM. V.

*) Ex Stobaei Cap. 108. — Fabula Polyphemi et Galateae bucolicis poetis ſaepe materiem praebuit. Theocritus argumentum hoc duobus idylliis tractauit, et hoc fragmentum ſolum ex vno Bionis de eadem fabula ſupereſt. *Heskin.*

2. ἐς τὸ κάταντες —) vide ad Idyllium VII, 3. *Heskin.* κάταντες ſecundum ſchol. ad Theocrit. I, 12. τὸ κατωφερὲς, ὅπερ ἐςὶν ἐναντίον τῷ ἄναντες etc.

FRAGM. VI.

*) Ex Stobaei Cap. 41. *Heskin.* Ἐκ Βίωνος βουκολικῶν dedit et hoc fragm. Trincau. a Gesnero vulgatum pag. 239. Grotio pag. 163. *Valcken.*

1. Hoc fragmentum, vtpote breuius obſcuritate laborat: et non ſimplici modo exponi poteſt. Sed res non eſt tanti momenti, vt verum ſenſum eruere operae pretium ſit. In ſecundo verſu propter metrum reponendum ἔδω pro ἔδωκε, (quod habent Vrſini et vulgatae editiones) ex correctione Guyeti, probante Longopetraeo. *Heskin.* Schwebel laudat Menandri ſententiam ſimilem,

> Οὐ πάντα γηράσκουσι αἱ τέχναι καλαὶ,
> Ἢν μὴ λάβωσι προςάτην φιλάργυρον.
> *Non prorſus ſeneſcunt artes pulcrae,*
> *Niſi habuerint praeſidem auarum.*

FRAGM.

FRAGM. VII.

1. Μορφὰ θηλυτέρησι — ἀλλά) Hic verſus videtur confirmare Barneſii et Baxteri interpretationem vocis φρόνημα apud Anacreontem Od. II. qui eam vertunt bellicam virtutem. Sed aliter locus diſtinguendus, quam vulgo circumfertur:

Φύσις κέρατα ταύροις,
Ὁπλὰς δ' ἔδωκεν ἵπποις·
Τοῖς ἀνδράσι φρόνημα.
Γυναιξὶν ὐκ ἔτ' εἶχεν;
Τί οὖν δίδωσι; — Κάλλος,
Ἀντ' ἀσπίδων ἁπασῶν,
Ἀντ' ἐγχέων ἁπάντων.

Natura cornua tauris,
Vngulas vero dedit equis:
Hominibus mentis celſitudinem.
Feminisne nil reliquum habuit?
Quid ergo daret? — Pulcritudinem,
Pro ſcutis omnibus,
Pro gladiis omnibus.

Quae interpungendi ratio tantas criticorum lites ſoluit. Φρόνημα autem ſonat *animi celſitudo*, quae tum prudentiam, tum fortitudinem includit, et quae eſt praecipuum, (quamuis non peculiare) et maxime inſigne virilis ſexus χαρακτηριστικόν. Hoc fragmentum e Stobaei Cap. 63. depromtum. *Heskin.* De Anacreontis carmine et verſuum interpunctione at-

que interpretatione plura diſſerui ad illam odam in Anthologia graeca poetica. Alii enim aliter explicant. Brunck in nouiſſima Anacreontis editione, Argentorati 1778. in 12. ita diſtinxit — *Φρόνημα. Γυναιξὶν οὐκ ἔτ' εἶχεν. Τί οὖν δίδωσι; κάλλος, ἀντ' ἀσπίδων* etc. — In alia omnia transeunt Lennep. in Animaduerſ. ad Coluthum pag. 107. et Zeune in Animaduerſ. ad Anacreontem, Platonem et Xenophontem, Lipſiae, 1775. pag. 3. — *Φρόνημα*, *animus*, *animi celſitudo*, illuſtrari poteſt loco Demoſthen. de Corona, Cap. 20. init.

MO-

MOSCHI SYRACVSII
I D Y L L I A

Μόσχου Ἐιδύλλια.

ἜΡΩΣ ΔΡΑΠΕΤΗΣ *).

Ἐιδύλλιον α΄.

Ἀ Κύπρις, τὸν Ἔρωτα τὸν υἱέα, μακρὸν ἐβώστρει,
Ἔι τις ἐνὶ τριόδοισι πλανάμενον εἶδεν Ἔρωτα,
Δραπετίδας ἐμός ἐστιν· ὁ μανυτὰς γέρας ἑξεῖ.
Μισθός τοι τὸ φίλαμα τὸ Κύπριδος· ἢν δ' ἀγάγῃς
νιν,
Ὀυ γυμνὸν τὸ φίλαμα, τὺ δ', ὦ ξένε, καὶ πλέον
ἑξεῖς.
Ἔστι δ' ὁ παῖς περίσαμος· ἐν εἴκοσι πᾶσι μάθοις νιν.
Χρῶτα μὲν ὐ λευκὸς, πυρὶ δ' εἴκελος· ὄμματα δ' ἄυ-
τω

Δρι-

*) Vt Moſchi legitur in Stobaei Floril. Gesneri pag. 391. 392. Grotii pag 255. 257. *Valck.* Atque in ed. Calliergi haec eſt inſcriptio: Μόσχου, ἔρως δραπέτης. Εἰδύλλιον, ΚΑ. 1. τὸν Ἔρωτα τὸν υἱέα a ſequentibus vocc. cum Valcken. ſeparaui, vt clamaſſe videretur Venus, εἴτις ἐνὶ τριόδοισι πλανώμενον εἶδεν Ἔρωτα τὸν υἱέα. 2. αἴ τις Brunck. 5. τὺ δ' ὦ ξένε, vera haec lectio proficiſcitur a Calliergo, et adoptata eſt a Vulcanio, Stephano, Heinſio, Wintertonio, Whitford, Schwebelio et Valoken. τί δῶ ξένε, ed. Ald. Stobaeus

MOSCHI IDYLLIA

AMOR FVGITIVVS

IDYLLIVM I

Venus altum inclamabat, i. e. *alta voce clamans*, *dicebat:* Amorem, filium,
Si quis in triuiis vagantem vidit Amorem,
Fugitiuus meus eſt: index munus habebit.
Merces tibi erit ſuauium Veneris: ſi vero adduxeris ipſum,
Non nudum ſuauium, ſed tu, o hoſpes, plus etiam habebis.
Inſunt autem plurima ſigna puero: inter viginti alios cognoueris ipſum.
Corpore non albus, verum igni ſimilis: oculi ipſius

Gesneri, et codd. Paris. quae lectio Schwebelio in notis prae reliquis adridet, vt ſint Veneris quaſi haeſitantis verba, quibus, maius certe oſculo nudo, praemium inuentori pollicetur, vt vt, quale illud ſit, nondum ſecum habuiſſet conſtitutum, — τοι δῶ ξένε. καὶ Vrſin. Plant. τί δ' ὦξενε, Grotius, Heskin et Brunck. placuitque Strothio pag. 217. Chreſtom. gr. 6. ἐντὶ δ' ὁ π. Brunck. — pro πᾶσι D. Heinſius male correxit παισὶ, nec eum ſequi debuerat Grotius. v. not. 7. αὐτῶ (genitiu. doric.) ex Stobaeo, qui habet αὐτῷ in da-

Δριμύλα καὶ φλογόεντα· κακαὶ φρένες, ἁδὺ λάλημα·
Ου γὰρ ἶσον νοέει καὶ φθέγγεται. ὡς μέλι, φωνά·
Ἢν δὲ χολᾷ, νόος ἐςὶν ἀνάμερος, ἠπεροπευτάς,
Ουδὲν ἀλαθεύων· δόλιον βρέφος, ἄγρια παίσδει.
Ἐυπλόκαμον τὸ κάρανον, ἔχει δ' ἰταμὸν τὸ πρόσωπον.
Μικκύλα μὲν τήνω τὰ χερύδρια, μακρὰ δὲ βάλλει·
Βάλλει κ' εἰς Ἀχέροντα καὶ εἰς αἴδεω βασιλῆα.
Γυμνὸς μὲν τόγε σῶμα, νόος δὲ οἱ ἐμπεπύκαςαι.
Καὶ πτερόεις, ὡς ὄρνις, ἐφίπταται ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλȣς,
Ἀνέρας ἠδὲ γυναῖκας, ἐπὶ σπλάγχνοις δὲ κάθηται.
Τόξον ἔχει μάλα βαιὸν, ὑπὲρ τόξω δὲ βέλεμνον·
Τυτθὸν ἐὸν τὸ βέλεμνον, ἐς αἰθέρα δ' ἄχρι φορεῖται
Καὶ χρύσεον περὶ νῶτα φαρέ.ριον, ἔνδοθι δ' ἐντὶ

Τοὶ

tiu. (quae quidem diuerſitas h. l. parum valet) repoſui cum Brunckio et Valcken. αὐτȣ̃ reliqui: at F. Vrſinus dedit vitio operarum, reor, ὄμμα δὲ αὐτȣ̃. 10. ἐν δὲ χολᾷ Vrſinus ex ſuo Stobaei codice enotauit: vnde coniicit Valck. veram fore lectionem, ἐν δέ χολᾷ, νόος ἐςὶν ἀνάμερος. atque ἢν δὲ χολᾶ, ſine iota ſubſcripto, Calliergus, more ſuo. 11. ἀληθεύων Vulcan. 13. τήνῳ Voſſius, quod reperit in MS. cod., praetuliſſe videtur, mox ibidem μικρὰ δὲ β. F. Vrſinus. vitioſe. 14. Κεἰς Callierg. et Brunck. forſan κής. 16. ὡς ὄρνις, pro vulgato ὅσον ὄρνις, correxi cum Grotio et Valck.

Acres et flammei: mala mens, dulcia verba:
Non enim idem ſentit, quod loquitur. Vox illi dulcis, vt mel:
Sed cum iraſcitur, mens eſt immitis, fraudulenta,
Nihil veri dicens: doloſus puer, crudeliter ludit.
Pulchre capillatum (eſt illi) caput, habet autem proteruam faciem.
Exiguae quidem illius ſunt manus, ſed procul iaculatur:
Iaculatur vſque ad Acherontem, et inferni regem.
Corpore quidem nudus, at mens illi tecta eſt;
Et volucris, ſicut auis, circumuolat nunc ad hos, nunc ad illos,
Viros et mulieres, viſceribusque inſidet.
Arcum habet valde exiguum, ſuper arcu vero ſagittam:
Exigua illa ſagitta, ad in coelum vſque fertur.
Et aurea in humeris pharetra: in ea autem ſunt

Ama-

ex codd. Flor. Paris. Vindoben et Moſquenſi, idque Brunckio in notis praeferendum videtur: in textu tamen hic retinuit vulgatum. — in eodem verſu Vrſin. in ſuo cod. legit ἄλλον ἐπ᾽ ἄλλῳ. idem Matthaeus in Moſquenſi, et Voſſius in alio codice. Ego vero ſubſcribo ſententiae Valckenarii, iudicantis, poetam probabiliter dediſſe more gentis ſuae, ἄλλοκ᾽ ἐπ᾽ ἄλλως. v. Theocr. I, 36. 37. 18 ἐπὶ τόξω dedit Brunck ex cod. Paris. nec improbat Valcken. qui tamen in textu ſcripſit ὑπὲρ τό ξῳ, cum iota ſubſcripto.

Τοὶ πικροὶ κάλαμοι, τοῖς πολλάκι κἠμὲ τιτρώσκει.
Πάντα μὲν ἄγρια, πάντα· πολὺ πλεῖον δέ οἱ αὐτῷ
Βαιὰ λαμπὰς ἐοῖσα, τὸν ἅλιον αὐτὸν ἀναίθει.
Ἢν τύγ' ἕλῃς τῆνον, δάσας ἄγε, μηδ' ἐλεήσῃς.
Κἢν ποτ' ἴδῃς κλαίοντα, φυλάσσεο μή σε πλανήσῃ·
Κἢν γελάῃ, τύ νιν ἕλκε· καὶ ἢν ἐθέλῃ σε φιλᾶσαι,
Φεῦγε· κακὸν τὸ φίλαμα, τὰ χείλεα φάρμακον ἐντί.
Ἢν δὲ λέγῃ, λαβὲ ταῦτα, χαρίζομαι, ὅσσα μοι ὅπλα,
Μή τι θίγῃς· πλάνα δῶρα· τὰ γὰρ πυρὶ πάντα βέβαπται.

21. Κἀμὲ Callierg. Vrſin. Heskin. κἠμὲ Planudeae codd. edit. Florent. cod. Paris. Bucolicorum, Stobae. Steph. Schwebel. Brunck. et Valck. 22. vulgata lectio ſana, et menti commotae orationique vulgari apta mihi eſſe videtur. Pierſon tamen apud Valcken. emendabat πάντα μὲν ἄγρια ταῦτα. Io vero Luzacius haec et ſeqq. hac ratione: Ταῦτα μὲν ἄγρια πάντα· πολὺ πλεῖον δέ οἱ αὐτῷ Βαιὰ λαμπὰς ἐοῖσα, τῷ ἅλιον αὐτὸν ἀναίθει Brunck. edidit Ταῦτα μὲν ἄγρια πάντα· in reliquis ſeruauit vulgarem, eamque grauem, lectionem. Iſ. Voſſius ex cod. MS enotauit lectiones: πολὺ πλεῖον δ' ἔνι αὐτῷ Βαιὰ λαμπὰς ἐνοῖσα τὸν ἁ. ἀ. ἐναίθει. Villoiſonius in duobus Paris. codd.

Amarulentae arundines, quibus ſaepe etiam me ſauciat.
Omnia ſunt crudelia, omnia: multo vero magis, quae ipſi eſt,
Parua fax, ſolem ipſum perurit.
Si tu ceperis illum, vinctum duc, neque miſerearis.
Et ſi quando flentem videris, caue, ne te fallat:
Etiamſi rideat, tu trahe illum: atque, ſi voluerit te oſculari,
Fuge: malum eſt oſculum, ipſa labra ſunt venenum.
Si vero dixerit, cape haec, dono tibi, quaecunque mihi ſunt arma,
Ne quicquam attigeris: fallacia dona: igne enim omnia tincta ſunt.

inuenit ἀναίθει, in tribus ἀνέχει, teſte Valcken. 24. δάσας ἄγε recte iam dedit Callierg. δαμάσας ἄγε, quatuor codd. Paris. Stobaeus Gesn. et Grotii, qui tamen melius vertit: *ſtrictum rape.* 25. ἴδη Callierg. κἤν πόκ᾽ ἴδῃς, Brunck. recte! 26. γελάῃ Brunck. et Valck. ex tribus codd. et edit. Florent. γελάῳ vulgo: iota tamen ſubſcriptum, vt mox in vocc. λεγη et θιγης, omiſit Callierg. — mox ἐθέλησε φιλ. Callierg. F. Vrſin. 27. τὰ χείλεα φαρμακόεντα Voſſius ex cod. enotauit, idque genuinum eſſe arbitratur Valck. 28. χαρίσδομαι malit Brunck. 29. μή τυ θίγῃς malint Brunck et Valck. quod iuuatur lectione, quam If. Voſſius in codice inuenit, μητοθίγης.

ANIM-

ANIMADVERSIONES IN MOSCHI IDYLL. I.

*) Dulciſſimum Idyllium, et omnibus elegantiis, et gratiis refertum. — Hoc Stobaeus Cap 63. citat, cuius lectiones variae hic contexuntur a F. Vrſino. — Huic Idyllio adludit Spenſerus noſtras, F. Q. B. 3. C. 6. St. 11.

It fortuned, fair Venus having loſt
Her little ſon, the winged god of love,
Who for ſome light diſpleaſure, which him croſt,
Was from her fled, as flit, as airy dove,
And left her bliſſful bow'r of joy above,
(So from her often he had fled away,
When ſhe for aught him ſharply did reprove,
And wandred in the world in ſtrange array,
Diſquis'd in thouſand ſhapes, that none might him bewray).
Him for ſo ſeek, ſhe left her heav'nley houſe
(The houſe of goodly forms and fair aſpects,
Whence all the world derives the glorious
Features of beauties, et all ſhapes ſelect,
With which high God his workmanſhip hath deckt)
And ſearched ev'ry way, through which hiswings
Had born him, or his tract ſhe might detect:
She promiſt kiſſes ſweet, and ſweeter things
Vnto the man, that of him tidings to her brings.

Heskin. In Brunckii Analectis locum oocupat tertium inter Moſchi reliquias. Hoc quoque ſuauiſſimum et antitheſibus pleniſſimum poema illuſtraui in Anthologia mea graeca poetica. Nouum eſſe videtur, quod Amor fugitiuus, et a matre ipſe notatus fingitur.

1. Bω.

1. Βωστρέω eſt vocabulum doricum pro *βοάω*, ἐπικαλέομαι. v. Theocr. Idyll. V, 64. ibique notam, et Porti Diction. doricum h. voc.

2. εἴ τις ἐνὶ — ἐμός ἐστιν) Habet hoc idyllium venuſtam imaginem, ſeu picturam amoris, quale hoc eſt Propertii Libr. II. el. 9. v. 1. (eleg. 12. ſecundum edit. Barthii, quem conſules. *H.*)

> Quicunque ille fuit, puerum qui pinxit Amorem,
> Nonne putas miras hunc habuiſſe manus?
> Hic primum vidit ſine ſenſu viuere amantes,
> Et leuibus curis magna perire bona etc.

Atque vt occaſio ſit picturae, fingit Cupidinem a matre Venere fugiſſe, quae in compitis publicis filium amiſſum quaerit, praeconioque mercedem ei, qui ipſum vel adducat, vel indicet, proponit. Dein puerum, vt a ceteris internoſci poſſit, ſuis notis e more deſcribit. Triplex ratio apud veteres amiſſa inquirendi: *primum per praeconem*, cuius eximium apud Apuleium Lib. VI. extat exemplum, et huic plane geminum: ibi Mercurium ſic adloquitur Venus. "Nec te praeterit vtique, quanto iam tempore deliteſcentem ancillam nequiuerim reperire. Nil ergo ſupereſt, quam tuo praeconio praemium inueſtigationis publicitus edicere. Fac ergo mandatum matures meum, et indicia, quibus poſſit cognoſci manifeſte deſignes: ne, ſi quis occultationis illicitae crimen ſubierit, ignorantiae ſe poſſit excuſatione defendere. Et ſimul dicens; libellum ei porrigit, vbi Pſyches nomen continebatur, et cetera: quo facto protinus domum ſeceſſit. Nec Mercurius obſequium omiſit. Nam per omnium ora popu-

populorum diſcurrens ſic mandatae praedicationis munus exſequatur. Si quis a fuga retrahere, vel occultam demonſtrare poterit fugitiuam regis filiam, Veneris ancillam, nomine Pſychen, conueniat retro metas Murtias Mercurium praedicatorem, accepturus indicii nomine ab ipſa Venere ſeptem ſuauia et vnum blandientis adpulſum linguae longe mellitum. „ *Secundum per conquiſitores* a praetore impetratos: qui nudi rem, aut perſonam amiſſam per alienas domos quaerebant, licio ſolum, quo pudenda tegerentur, cincti et lancem, quae patina erat rotunda et ampla, ante oculos tenentes, propter matrum familias aut virginum praeſentiam; ſecundum Ioan. Borcholten ad §. 3. Inſtitut. de Obligat. quae ex Delict. naſcuntur: vel potius lancem manu tenebant, in qua inuentionis mercedem ferrent, vti ex Petronio patet Cap. 97. "Intrat ſtabulum praeco cum ſeruo publico, (*conquiſitore*) aliaque ſane non modica frequentia, facemque fumoſam magis, quam lucidam quaſſans, haec proclamauit. Puer in Balneo paullo ante aberrauit, annorum circa ſexdecim, criſpus, mollis, formoſus, nomine Giton; ſi quis eum reddere, aut commonſtrare voluerit, accipiet nummos mille. Nec longe a praecone Aſcyltos ſtabat amictus diſcoloria veſte, atque in lance argentea indicium et fidem praeferebat. „ Vide etiam Plaut. Mercat. Act. 3. ſc. 4. et Giphanium ad §. 4. Inſtitut. titul. ſupra citat: *Tertio, per ſchedulam alicui columnae adfixam*, quae rei amiſſae notas, et indicationis mercedem continebat. vide Propert. Lib. III. eleg. 22. in extrem. partim ex Longopetraeo. *Heskin.* vide ad Bion. IX, 6. Praemium illud

lud indicii μήνυτρον; illud contra, quod inuentori pro rei amiſſae reſtitutione exhibebatur, ἕυρετρον dictum eſt: apud Xenophontem tamen prius audit M. S. Lib. II, 10. 1. σῶςρον, quod proprie pretium fuit, quod medico pro reſtituta valetudine dabatur. Socrates vero ibi, εἰπέ μοι, inquit, ἂν τίς σοι τῶν οἰκετῶν ἀποδρᾶ, ἐπιμελῆ, ὅπως ἀνακομίσῃ; καὶ ἄλλυς γε νὴ Δί', ἔφη, παρακαλῶ, σῶςρα τὔτῳ ἀνακηρύσσων. vide quoque hic praeconis vſum et officium!

4. μισθός τοι etc.) Cupido apud Taſſum ſic de matre loquitur:

— Elle mi ſegne
Dar promettendo à chi m'inſegna à lei,
O dolci baci, ò caſa altra più cara:
Quaſi io di dare in cambio non ſia buono
A chi mi tace, ò mi naſconde à lei,
O dolci baci, ò coſa altra più cara.
Queſto io fò almen, che i bace miei
Saran ſompre più cari à le fanciulle,
Se io, che ſon l'Amor, d'amor m'intendo.

Amynt. Prolog. Et in poematio, quod ad imitationem Moſchi idem Taſſus Amorem fugitiuum nominauit, ita Venus loquitur:

Ditemi ov' è il mio figlio?
Chi di voi me l'inſegna
Vò, che per guiderdone
Da queſte labbra prenda
Vn baſcio quanto poſſo
Conderlo piò ſoave;
Ma chi me 'l riconduce
Dal voluntario eſiglio,
Altro premio n'attenda,
Di cui non puo maggiore

Darli la mia potenza,
Se ben in don le deſſe
Tutto 'l regne d' Amore.

Hanc Moſchi noſtri ideam imitati ſunt, aut transtulerunt, aut ditauerunt ingens ex omni gente poetarum multitudo: ſed vix quisquam inter omnes felicius, quam Marinius.

Madrigal.

Vdito hò, Citerea,
Che del tuo grembo fore
Fuggitiuo il duo figlio à te ſi cela,
E promeſſo hai baciar chi te 'l rìvela.
Non languir, bella dea,
Se vai cercando amore,
No 'l cercar, dammi il bacio, io l' hò nel core.

Verſus etiam tres vltimos alio more ſcriptos inuenias, nempe hoc,

Dammi il promeſſo bacio,
O ſà ch' ella me 'l dia
L' ha ne' begli occhi ſuoi la donna mia.

Si plures Moſchi imitationes videre cupiat lector curioſus, Menagii in Taſſi Amynt. notas adeat. *Longopetr.* At breuitate et concinnitate ſuperat Moſchus Taſſi loquacitatem.

4. *οὐ γυμνὸν τὸ φίλαμα*) hoc eſt, quod Theocritus Id. III, 20. vocat *κενεὸν φίλαμα.*

Ἔϛι καὶ ἐν κενεοῖσι φιλάμασιν ἁδέα τέρψις.

HESKIN.

Ibid.) Οὐ γυμνὸν τὸ φίλαμά, τι δ' ὦ ξένε, καὶ πλέον ἑξεῖς. Hanc lectionem ceteris praefero. F. Vrſini editio habet,

Οὐ

Οὐ γυμνὸν τὸ φίλαμα τοι δῶ ξένει καὶ πλέον ἑξεῖς.

Aliae: οὐ γυμνὸν τὸ φίλαμα, τὺ δ' ὦ ξένε, καὶ πλ. ἑ. καὶ πλέον, nempe concubitum modeſte innuit. *Heskin.* vide V. L.

6. Ἔςι δ' ὁ παῖς περίσαμος· ἐν εἴκοσι πᾶσι etc.) Heinſius legendum cenſet ἐν εἴκοσι παῖσι· quamuis veterem lectionem exemplo Homeri, apud quem pleraque occurrunt ſuperuacua, ſuſtineri ipſe fatetur. Sed Heinſii παῖσι ſuperflua eſt repetitio: vulgatum πᾶσι vim ſententiae addit. Latini dicerent *inter viginti omnino, inter omnes omnino.* LONGOPETR. bene recteque explicuit Longop. ſic Herodot. I. p. 20. edit. Steph. κτήνεα τε γὰρ τὰ θύσιμα πάντα τρισχίλια ἔθυσε. Herodot. I. Cap. 112. pag. 56. Weſſel. εἰ δὴ πᾶσα ἀνάγκη ὀφθῆναι ἐκκείμενον, quod bene vertitur, *ſi vtique neceſſitas* prorſus *eſt adſpici puerum expoſitum.* Pariter Latini *ipſe* pro, *omnino, totus* etc. eleganter vſurpant de tempore et perſona. Cicero in Bruto Cap. 43. *triennio ipſo minor, quam Antonius.* Terentius Phorm. 1. 5. verſ. 54. *Virgo pulcra — capillus paſſus, nudus pes, ipſa horrida.* vide notam ad h. l. Moſchi in Anthol. gr. poet. Erneſti ad Callim. H. in Dianam 105. Theocrit. Epigr. X, 1. ibique notam. Theocrit. Id. III, 18. τὸ πᾶν λίθος, (puella) *tota ſaxea.* Ὁ πᾶς etc. ὁ ἅπας etc. reſpondet quoque Latinorum *mero.* v. Warton ad Theocrit. XV, 148. et, quem is iam laudauit, Raphel. ad Epiſtol. D. Iacobi I, 17. Meleager apud Klotz ad Tyrtaeum pag. 113.

Οὐκ, αὐτὸν τὸν πτανὸν ἐπόμνυμαι, οὐ ποτ' ἂν ἔγνως
Ἐκ μορφᾶς, τίς ἔφυ Ζώϊλος, εἴ τις Ἔρως.

7. χρῶτα μὲν ὑ λευκός) Picturam hanc ſuauiſſimam imitatus eſt Meleager, Anthol. Lib. VII. epigr. 15.

Κηρύσσω τὸν Ἔρωτα τὸν ἄγριον· ἄρτι γὰρ ἄρτι
'Ορθινὸς ἐκ κοίτας ᾤχετ' ἀποπτάμενος.
Ἔστι δ' ὁ παῖς γλυκύδακρυς, ἀείλαλος, ὠκὺς, ἀθάμβης,
Σιμὰ γελῶν, πτερόεις, νῶτα φαρετροφόρος,
Πατρὸς δ' οὐκέτ' ἔχω φράζειν τίνος· οὔτε γὰρ αἰθὴρ,
Οὐ χθών φησι τεκεῖν τὸν θρασὺν, ὐ πέλαγος.
Πάντη γὰρ, καὶ πᾶσιν ἀπέχθεται· ἀλλ' ἐσορᾶτε,
Μή πυ νῦν ψυχαῖς ἄλλα τίθησι λίνα.
Καί τοι κεῖνος, ἰδὺ, περὶ φωλεόν· ὔ με λέληθας,
Τοξότα, Ζηνοφίλας ὄμμασι κρυπτόμενος.

Proclamo Amorem efferum: modo enim modo
Matutinus e cubili abiit euolans.
Eſt autem puer dulcium lacrimarum, ſemper loquax, velox, intrepidus,
Sime ridens, alatus, in tergo pharetriger.
Patris autem non habeo dicere cuius: neque enim aether
Neque terra dicit peperiſſe hunc audacem, nec pelagus.
Vndique enim et omnibus inuiſus eſt: ſed circumſpicite,
Ne alicubi nunc animis alia ponat retia.

Atqui

Atqui ille, ecce, circa latebras: non me fefelliſti,
Sagittator, Zenophiles in oculis occultus.

Longopetr. adde notam in Anthol. gr. poet. et Schwebel.

8. κακαὶ φρένες — 'ανάμερος) Sic regius Pſaltes Pſalm. LXV, 21. Blanda verba eius et mollia, vt butyrum; ſed bellum in animo: molliora ſunt verba eius oleo; ſed ſtricti gladii ſunt. — Et Salomon Prouerbium V, 3. Quamuis fauum ſtillent labia extranea, et mollius oleo palatum eius: attamen poſterius eius amarum eſt, vt abſinthium; acutum, vt gladius bipennis. — Huc ſpectat diſtichon illud Rythmicum:

Mel in ore, verba lactis:
Fel in corde, fraus in factis.

HESKIN.

9. Οὐ γὰρ ἴσον —) vide ad Bion. IX, 5. 6. Hinc periurium amantium veteribus leue vanumque videbatur. Tibullus I, 4. 17. aliique apud Schwebelium.

11. δόλιον βρέφος, ἄγρια παίσδει) Improbus ille puer: — Virgil. Ecl. VIII, 50. vtpote,

— cui placet impares
Formas, atque animos ſub iuga ahenea
Saeuo mittere cum ioco.

Horat. I. od. 33. *Heskin.* conf. Theocr. XX, 6. Anacreon III. in primis verſ. 29. ibique Barnes, Bion. IV, 1. Virgil. X, 28. ſqq. vbi vide cel. Heyne

— Amor non talia curat
Nec lacrimis crudelis Amor, nec gramina riuis,
Nec cytiſo ſaturantur apes, nec fronde capellae.

12. ἐυπλόκαμον τὸ κάρανον) proprie: *caput eius pulcris cincinnis inſtructum eſt.* Πλόκαμοι enim ſunt *nodi capillorum inflexi.* vide Schwebel.

μικκύλα) diminutiuum, quod ſuaue hoc loco eſt, a dorico voc μικκὸς pro μικρὸς, v. Spanhem. ad Callim. H. in Cerer. 111. et Valcken. ad Theocriti Adoniaz. pag. 350.

14. Vim Amoris grauiter depingit poeta, et reſpicit fabulam de Proſerpinae raptu.

15. γυμνὸς —) Anthol. IV, 470. apud Klotz ad Tyrtaeum p. 113.

Γυμνὸς ἔρως διὰ τοῦτο γελᾷ καὶ μείλιχός ἐστιν,
Οὐ γὰρ ἔχει τόξον καὶ πυρόεντα βέλη.

Propert. I. 2. 8.

Nudus Amor formae non amat artificem.

Amor enim vt plurimum ſine veſte pingitur: Interdum tamen comparet quoque veſtitus. v. Sappho pag. 82. 83. ed. Wolfii, ibique interpret. et Catull LXVII, 134. ibique Voſſius et Vulp. Imitatus eſt Moſchum auctor Peruigilii Veneris verſ. 29. ſqq.

— Nec tamen credi poteſt
Eſſe Amorem feriatum, ſi ſagittas vexerit.
Ite Nimfae: poſuit arma, feriatus eſt Amor.
Iuſſus eſt inermis ire, durus ire iuſſus eſt:
Neu quid arcu, neu ſagitta, quid igne laederet.
Sed tamen cauete Nimfae, quod Cupido pulcer eſt:
Totus eſt inermis idem, quando nudus eſt Amor.

melius tamen legendum eſt in vltimo verſu cum Pithoeo; *totus eſt in armis idem*, quam cum Riuino,

totus

totus haud inermis idem. Idem auctor Peruigilii v. 54. ex emendatione Pithoei,

> Iuſſit omnis adſidere pueri Mater alitis,
> Iuſſit et nudo puellas nil Amori credere.

Vide ad vtrumque locum Riuini notas pag. 80. ſqq. et pag. 100. ſq. ed. Hagae Comitum, 1712.

16. *πτέροισ ὅσον ὄρνις ἐφίπταται ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλως*) Stobaeus legit, *ὡς ὄρνις ἐφ. ἄλλον ἐπ' ἄλλω.* vide notam noſtram ad Bion. II, 6 vnde Martis epitheton *ἀλλοπρόσαλλος* Cupidini non male quadrat, vti notauit Vulcanius. *Heskin.* adde V. L. et notas in Anthol. graeca poet. ad verſ. 16. et 17.

19. *τυτθὸν*) poeticum vocabulum pro communi *μικρόν.* vide Porti dictionar. dor. h. v. et Schol. ad Theocrit. I, 45.

21. *πικροὶ κάλαμοι*) Horat. II, 8. 14. *ferus et Cupido, ſemper ardentes acuens ſagittas Cote cruenta.* adde Theocr. XXIII, 4. 5. Ouid. Metam. V, 381.

Ibid. *τοῖς πολλάκι κ' ἀμὲ τιτρώσκει*) Vulgatae habent *κ' ἡμέ.* F. Vrſini editio Doriciſmum ſeruauit — Eamdem querelam queritur Venus apud Apollonium Lib. III, 93. ſqq et Meleagrum in Anthol. Lib. VII. epigram. 16. notante Longopetraeo. *Heskin.* adde Schwebel.

22. *πάντα μὲν ἄγρια, πάντα· πολὺ πλεῖον — — ἐοῖσα, τὸν ἅλιον αὐτὸν ἀναίθει*) Politianus hunc locum male vertit — *ſeque ipſum multo quoque ſaeuius angit*, quaſi punctum poſt *τὸ αὐτῷ* fuiſſet: quod tamen vix vllum ſenſum efficit. — Semper, vt verum fatear, huius loci conſtructio perplexa mihi viſa eſt:

nam quis haec intelligat: *Omnia ſunt crudelia, omnia: multo vero magis, quae ipſi eſt parua fax ſolem ipſum perurit.* Sic enim haec vertuntur in omnibus editionibus, nulla interpunctione poſita eſt poſt τὸ, ἐοῖσα. Diſtinctionem ex Vrſino reſtituimus, qua ſenſus poetae clarus euadit, ſed tamen elegantiae, vti opinor, parum litatum eſt: nam abruptior procedit ſententia. *Heskin.* Mihi quidem nec conſtructio adeo perplexa videtur, nec ſententia abrupta: modo conſideremus vſum ſermonis quotidiani. Aliter, fateor, iunxiſſet lyricus aut epicus: at Moſchus ſcripſit idyllion, cuius orationis forma et iunctura haud multum abeſt a pedeſtri loquendi ratione, atque malim diſtinctionem minimam ponere poſt πλεῖον δὲ, et reliqua ita coniungere, vt ſenſus exiſtat: "*Omnia* in Amore, arcus, ſagitta, pharetra, *ſunt crudelia*, ipſa eius fax; immo vero, ſ. quod adhuc plus eſt, illa fax, licet parua, ſolem ipſum accendit." Valde autem ornatus eſt verſus 22. *fax Amoris ſolem perurit*, pro, Amor ipſum cepit Apollinem, adeo commouit hunc, vt, coelo relicto, in terra ſatiaret libidinem, et Daphnes, Admeti etc. frueretur amore. Deorum amores ſunt ſatis vulgati et celebrati.

24. Ἦν τύ γ' ἕλῃς τῆνον δάσας ἄγε) Alii legunt δαμάσας. Calpurn. Ecl. III, 20. quamquam de re omnino diſſimili,

> Si tamen inuenies, deprehenſam verbere multo
> Huc age. — HESKIN.

25. Κ' ἢν ποτ' ἴδῃς κλαίοντα —) Crinagorae ſupereſt Epigramma, quod hunc locum illuſtrat, Anthol. Lib. IV. tm. 11. Poeta Amorem adloquitur:

Καὶ

Καὶ κλαῖε, καὶ ςέναζε συσφίγγων χεροῖν
Τένοντας· ὦ 'πίβυλε, τοῖά τοι πρέπει.
Οὐκ ἔσθ' ὁ λύσων· μὴ 'λέειν' ὑποβλέπει·
'Αυτὸς γὰρ ἄλλων ἐκ μὲν ὀμμάτων δάκρυ
Ἔθλιψας, ἐν δὲ πικρᾷ καρδίᾳ βέλη
Πήξας, ἀφύκτων ἰὸν ἔςαξας πόθων,
Ἔρως· τὰ θνητῶν δ' ἔςι σοι γέλως ἄχη.
Πέπονθας οἷ' ἔρεξας· ἔσθλον ἡ δίκη.

Et lacrimare et gemiſce, comprimens manibus
Tendones: o inſidioſe, talia te decent.
Non eſt, qui te liberauit: ne miſerabiliter circumſpice:
Ipſe enim aliorum ex oculis lacrimas
Expreſſiſti, amaraque in corde iacula
Figens ineuitabilium venenum inſtillaſti cupidinum,
O Amor! mortalium vero tibi riſus dolores.
Expertus es, qualia aliis feciſti: aequa eſt Iuſtitia.

Longopetr. vide etiam Anacreont. od. III. *Heskin.*

27. τὰ χείλεα φαρμακὸν ἐντί) Virgil. Aen. I, 691.

Cum dabit amplexus, atque oſcula dulcia figet,
Occultum inſpires ignem, fallasque veneno.

Politianus alicubi:

E con le labra tinte di veneno
Bacciolo, el foco ſuo gli meſe in ſono.

Longopetr. pluribus hunc et ſqq. verſus illuſtraui in Anthologia gr. poet. adde ad v. 21. notata.

ΕΥΡΩΠΗ *).

Εἰδύλλιον β΄.

Εὐρώπη ποτὲ Κύπρις ἐπὶ γλυκὺν ἧκεν ὄνειρον,
Νυκτὸς ὅτε τρίτατον λάχος ἵσταται, ἐγγύθι δ' ἠώς.
Ὕπνος ὅτε γλυκίων μέλιτος βλεφάροισιν ἐφίζων,
Λυσιμελὴς, πεδάᾳ μαλακῷ κατὰ φάεα δεσμῷ.
Εὖτε καὶ ἀτρεκέων ποιμαίνεται ἔθνος ὀνείρων.
Τῆμος ὑπωροφίοισιν ἐνικνώσσουσα δόμοισι
Φοίνικος θυγάτηρ, ἔτι παρθένος Εὐρωπείη,
Ὠΐσατ' ἠπείρους δοιὰς περὶ εἷο μάχεσθαι,
Ἀσιάδ' ἀντιπέρην τε, φυὴν δ' ἔχον οἷα γυναῖκες.
Τῶν δ' ἡ μὲν ξείνης μορφὴν ἔχεν· ἡ δ' ἄρ' ἐῴκει
Ἐνδαπίῃ, καὶ μᾶλλον ἑῆς περιίσχετο κούρης·
Φάσκεν δ' ὥς μιν ἔτικτε καὶ ὡς ἀτίτηλε μιν αὐτή.
Ἡ δ' ἑτέρη, κρατερῇσι βιαζομένα παλάμῃσιν,
Εἴρυεν οὐκ ἀέκουσαν· ἐπεὶ φάτο μόρσιμον εἶναι

Ἐκ

*) De auctore huius carminis vide notas. 1. Εὐρώπη Callierg. ſine iota ſubſcripto, quod vbique in hoc carmine omiſit. 4. πεδάα H. Steph. et Valck. ſine iota ſubſcripto. 6. ἐνὶ κνωσ. Callierg. 7. Εὐρωπείη et v. 15. Εὐρωπείην ſcripſi cum Brunckio et Valcken. pro vulgato Εὐρωπεία et Εὐρωπείαν. 10. hic verſus deeſt

EVROPA

IDYLLIVM II

Europae olim Venus ſuaue ſomnium immiſit,
Cum tertia pars noctis, (i. e. *gallicinium*) ſtat, et aurora prope eſt:
Dum ſomnus melle dulcior in palpebris ſedens,
Membra reſoluens, oculos molli vinculo ligat;
Cum et veracium paſcitur turba ſomniorum.
Tunc *illa* dormiens in aedibus, quae ſub tecto ſunt, (i. e. *in parte aedium ſuperiore*)
Phoenicis filia, adhuc virgo Europa,
Videbatur ſibi videre continentes duas de ſe contendentes,
Aſianam, et alteram oppoſitam: indolem autem habebant vt mulieres.
Harum altera peregrinae formam habebat: altera autem ſimilis erat
Indigenae, et *vt* filiam ſuam magis vindicabat:
Dicebat vero, quod eam genuiſſet, et enutriuiſſet ipſa.
Verum altera validis contendens manibus,
Trahebat non inuitam: quoniam fatale eſſe dicebat

A

apud Callierg. et Vrſin. 11. ἐν δ' Ἀσίῃ Callierg. et Vrſin. Ἀσίας Ald. vitioſe. Vulgatum tuetur et oppoſitio ξείνης, et auctoritas cod. Auguſtani. 13. βιαζομένα iam Callierg. recte dedit. v. not. βιωμένας cod. Aldi. 14. εἴρυκ' cod. Aldi. εἴρηεν Callierg.

Ἐκ Διὸς αἰγιόχου γέρας ἔμμεναι Εὐρώπειην.
Ἡ δ' ἀπὸ μὲν στρωτῶν λεχέων θόρε δειμαίνουσα,
Παλλομένη κραδίην· τὸ γὰρ ὡς ὕπαρ εἶδεν ὄνειρον.
Ἑζομένη δ' ἐπὶ δηρὸν ἀκὴν ἔχεν, ἀμφοτέρας δὲ
Εἰσέτι πεπταμένοισιν ἐν ὄμμασιν εἶχε γυναῖκας.
Ὀψὲ δὲ δειμαλέην ἀνενείκατο παρθένος αὐδήν,

Τίς μοι τοιάδε φάσματ' ἐπουρανίων προΐηλε;
Ποῖοί με στρωτῶν λεχέων ὕπερ ἐν θαλάμοισιν
Ἡδὺ μάλα κνώσσουσαν ἀνεπτοίησαν ὄνειροι;
Τὶς δ' ἦν ἡ ξείνη, τὴν εἴσιδον ὑπνώουσα;
Ὥς μ' ἔβαλε κραδίην κείνης πόθος· ὥς με καὶ αὐτὴ
Ἀσπασίως ὑπέδεκτο, καὶ ὡς σφετέρην ἴδε παῖδα.
Ἀλλά μοι εἰς ἀγαθὸν μάκαρες κρίνειαν ὄνειρον.
Ὣς εἰποῦσ', ἀνόρουσε· φίλας δ' ἐπεδίζεθ' ἑταίρας,
Ἥλικας, οἰέτεας, θυμήρεας, εὐπατερείας·
Τῇσιν ἀεὶ συνάθυρεν, ὅτ' ἐς χορὸν ἐντύναιτο,

Ἡ

15. Pierſonii coniecturam probabilem in Veriſimil. Lib. II. pag. 232. γέρας ἔμμεν οἱ Εὐρ. reſcripſit Brunck. 20. ὀψὲ δὲ δειμαλέην, hanc rei aptam, et poſtea fide codicis, (Dorvill. ad Charit. pag 480.) firmatam coniecturam Lennepii in Animadu. ad Coluth. III. Cap. 9. pag. 171. recepi cum Brunckio et Valckenario, pro vulgata lectione, ὀψὲ δὲ δὴ μάλ' ἔπειτ' ἄν. Europa enim, vti bene ait Lennep. ob viſum ſomnium ingenti perculſa metu erat; vide verſ. 16. etc. voce itaque ti-

A Ioue Aegiocho, vt praemium (ſibi) eſſet Europa.
Illa vero e ſtrato exiliit toro, metu perculſa,
Palpitans corde: nam ſomnium viderat tanquam rem euidentem.
Diu autem ſedebat taciturna: ambas enim
Adhuc in oculis apertis habebat mulieres.
Verum poſtea timida extulit virgo vocem:

Quis mihi ex ſuperis haec ſpectra obtulit?
Qualia me ſuper ſtratum torum in thalamis
Suauiter admodum dormientem perterruerunt ſomnia?
Quae vero fuit hoſpita, quam adſpexi dormiens?
Quam mihi perculit cor illius amor! quam me et ipſa
Amanter ſuſcepit, et tanquam ſuam adſpexit filiam!
Sed mihi Dii bene vertant ſomnium.
Sic locuta, ſurrexit, et caras quaeſiuit ſodales,
Aequales, coaeuas, animo charas, nobiles,
Quibuscum ſemper ludebat, choream cum iniret,

Vel

mida ſequentia erant pronuncianda. 24. τὴν εἰσ. pro vulgato ἦν ex ed. Iuntina repoſui cum Valcken. 25. ἔλαβε cod. Aug. quae permutatio valde frequens eſt, v. Dorville ad Charit. pag. 195. 30. ἐντύναιντο, et verſu ſq. Φαιδρύνοιντο ed. pr. Aldina: quae aliunde adfirmata, genuina poterunt videri, ait Valcken. Vulgatum a Calliergo venit in edd. mox Ἀναύρῳ, tamquam nomen proprium fluuii, Steph. in min. ed. Palmerius, Schwebel, Valcken. ἀναύρῳ, minuſculo α, veluti ad-

Ἢ ὅτε φαιδρύνοιτο χρόα προχοαῖσιν ἀναύρω,
Ἢ ὁπότ' ἐκ λειμῶνος εὔπνυα λείρια κέρσοι.
Ταὶ δὲ οἱ ἄιψα φάανθεν· ἔχον δ' ἐν χερσὶν ἑκάστη
Ἀνθοδόκον τάλαρον· ποτὶ δὲ λειμῶνας ἔβαινον
Ἀγχιάλυς, ὅθι τ' αἰὲν ὁμιλαδὸν ἠγερέθοντο,
Τερπόμεναι ῥοδέῃ τε φυῇ καὶ κύματος ἠχῇ.
Αὐτὴ δὲ χρύσεον τάλαρον φέρεν Εὐρωπείη
Θηητὸν, μέγα θαῦμα, μέγαν πόνον Ἡφαίστοιο,
Ὃν Λιβύῃ πόρε δῶρον, ὅτ' ἐς λέχος Ἐννοσιγαίυ
Ἤιεν· ἡ δὲ πόρεν περικαλλεῖ Τηλεφαάσσῃ,
Ἥ τέ οἱ αἵματος ἔσκεν· ἀνύμφῳ δ' Εὐρωπείῃ
Μήτηρ Τηλεφάασσα περικλυτὸν ὤπασε δῶρον·
Ἐν τῷ δαίδαλα πολλὰ τετεύχατο μαρμαίροντα.
Ἐν μὲν ἔην χρυσοῖο τετυγμένη Ἰναχὶς Ἰὼ,
Εἰσέτι πόρτις ἐῦσα, φυὴν δ' ὐκ εἶχε γυναικός.

Φοι-

pellatiuum, pro flumine quodam, eoque torrente, Steph. in Princ. poet. gr. Iac. Nicol. Loenſis, qui ſequitur ſchol. ad Apollon. Rhodium I, 9. et Heskin, (qui, neglecto doriſmo, dedit *ἀνάυρυ*), atque Brunck. *ἀναρων* Ald. *ἀνάυρων* ed. Florent. vide not. 33. *τῇ δὲ* Ald. 36. Valcken. in Animadu. ad Ammon. pag. 204. legere maluit *καὶ κύματος ἀγῇ*: necdum id olim protuliſſe diſplicet in noua edit, eamque ſuſpicionem

Vel corpus cum ablueret ad oſtia Anauri,
Aut quando e prato odorata lilia tonderet (i. e. *carperet*)
Itaque illae ſtatim ei comparuerunt: quaelibet autem manu tenebat
Flores recipientem calathum: et in prata exibant
Maritima, vbi ſemper vna congregari ſolebant,
Oblectantes ſe roſarum germine, et vndarum ſtrepitu.
Ipſa vero aureum ferebat calathum Europa,
Spectabilem, valde mirandum, magnum opus Vulcani;
Quem Libyae dederat dono, quando in torum Neptuni
Iuit: illa vero praebuit formoſae Telephaëſſae,
Quae ex illius ſanguine erat: innuptae vero Europae
Mater Telephaëſſa eximium praebuit donum:
In eo artificioſa multa fabrefacta erant reſplendentia.
Inerat ex auro facta Inachi filia Io,
Cum adhuc vitula eſſet, formamque non habebat mulieris.

Oeſtro

in textum admiſit Brunck. 40. πόρε Callierg. et Vrſin. πόρεν a Stephano. 41. ἦγε οἱ ἔννυος ἔσκε, vel ἦγε ἑοῖ νυὸς ἔσκε maluit Caſaubonus legere; vide notam. prius illorum recepit Brunck. neutrum iure placet Valck. qui tantum, littera mutata, legere malit, ἦγε οἱ αἵματος ἔσκε, *quae ipſi ſanguine erat iuncta.* 44. Ἰνάχω Ἰὼ Ald. pr. Callierg. Vrſin. et Steph. in marg.

Φοιταλέη δὲ πόδεσσιν ἐφ' ἁλμυρὰ βαῖνε κέλευθα,
Νηχομένῃ ἰκέλη· κυανὴ δ' ἐτέτυκτο θάλασσα.
Δοιοὶ δ' ἕστασαν ὕψου ἐπ' ὀφρύος αἰγιαλοῖο
Φῶτες ἀολλήδην, θηεῦντο δὲ ποντοπόρον βοῦν.
Ἐν δ' ἦν Ζεὺς ἐπαφώμενος ἠρέμα χειρὶ θεείῃ
Πόρτιος Ἰναχίης, τὴν ἑπταπόρῳ παρὰ Νείλῳ
Ἐκ βοὸς εὐκεράοιο πάλιν μετάμειβε γυναῖκα.
Ἀργύρεος μὲν ἔην Νείλου ῥόος· ἡ δ' ἄρα πόρτις,
Χαλκείη· χρυσοῦ δὲ τετυγμένος αὐτὸς ἔην Ζεύς.
Ἀμφὶ δὲ δινήεντος ὑπὸ στεφάνην ταλάροιο
Ἑρμείης ἤσκητο· πέλας δέ οἱ ἐκτετάνυστο
Ἄργος, ἀκοιμήτοισι κεκασμένος ὀφθαλμοῖσι·
Τοῖο δὲ φοινήεντος ἀφ' αἵματος ἐξανέτελλεν
Ὄρνις ἀγαλλόμενος πτερύγων πολυανθέϊ χροιῇ,
Ταρσὸν ἀναπλώσας· ὡσεί τέ τις ὠκύαλος νηῦς,

Χρυ-

46. φοίτα δ' ἤδε πόδεσσιν. ἐφ' Ald. Callierg. Vrſin. 51. Cum Brunckio et Valck. recepi Pierſonii correctionem in Veriſimil. pag. 51. πόρτιος Ἰναχίης, pro vulgato, quod etiam eſt in cod. Auguſtano, π. εἰναλίης, vide notam. Πόρτιος· ἐς καλλίστην δ' ἑπταπόρῳ Callierg. et Vrſin. ex cod. πόρτιος εἶναι ληϊστὴν δὲ ἑπτ. π. N. ed. Ald. in quibus clara verae lectionis veſtigia eſſe, ait Valcken. conf. Weſſeling. ad Herodot. pag. 107. n. 54. 54. χαλκείη Brunck et

Oeſtro autem percita pedibus per mare ambulabat,
Natanti ſimilis: mare autem coeruleo colore factum erat.
Duo vero ſtabant ſuperne in ſupercilio littoris
Viri ſimul: ſpectabantque pontigradum bouem.
Aderat et Iupiter, demulcens placide manu diuina
Vitulam Inachiam: quam apud Nilum ſeptem oſtia habentem
Ex boue pulchre cornuta rurſum transformauit in mulierem.
Argenta erant Nili fluenta: ipſa vero vitula
Aerea: ex auro vero factus erat ipſe Iupiter.
Circum vero, ſub corona calathi rotundi,
Mercurius fabrefactus erat: propeque eum extenſus erat
Argus, peruigilibus inſtructus oculis.
Huius autem ex purpureo ſanguine naſcebatur
Auis, (h. e. *pauo*) exultans pennarum multiflorido colore,
Caudae pennas explicans; ſicut aliqua velox nauis

Au-

Valck. χαλκεία reliquae, quas contuli, editiones. 56. ἤσκετο πέλας· πέλας Callierg. et Vrſinus contra metrum. 57. κεκλασμένος Ald. haud diſplicuit Schwebelio: viſum tamen fuit praeferre vulgatum, quod etiam tuetur auctoritas codicis MS. Auguſtani. 60. Diſtinctione, quae poſt ἀναπλώσας eſt ponenda, haud animaduerſa, Iſ. Voſſius praeter neceſſitatem ἀναπλώσασ' orae libri adſcripſerat.

Χρυσείου ταλάροιο περίσκεπε χείλεα ταρσοῖς.
Τοῖος ἔην τάλαρος περικαλλέος Εὐρωπείης.

Αἱ δ', ἐπεὶ οὖν λειμῶνας ἐσήλυθον ἀνθεμόεντας,
Ἄλλαι ἐπ' ἀλλοίοισι τότ' ἄνθεσι θυμὸν ἔτερπον.
Τῶν ἡ μὲν νάρκισσον ἐΰπνοον, ἡ δ' ὑάκινθον,
Ἡ δ' ἴον, ἡ δ' ἕρπυλλον ἀπαίνυτο· πολλὰ δ' ἔραζε
Λειμώνων ἐαροτρεφέων πίπτεσκε πέτηλα.
Αἱ δ' αὖτε ξανθοῖο κρόκου θυόεσσαν ἔθειρην
Δρέπτον ἐριδμαίνουσαι· ἀτὰρ μέση ἔστη ἄνασσα,
Ἀγλαΐην πυρσοῖο ῥόδου χείρεσσι λέγουσα,
Οἷά περ ἐν χαρίτεσσι διέπρεπεν Ἀφρογένεια.
Οὐ μὲν δηρὸν ἔμελλεν ἐπ' ἄνθεσι θυμὸν ἰαίνειν,
Οὐδ' ἄρα παρθενίην μίτρην ἄχραντον ἔρυσθαι·
Ἦ γὰρ δὴ Κρονίδης, ὥς μιν φράσαθ', ὡς ἐβέβλητο
Θυμὸν, ἀνωΐστοισιν ὑποδμηθεὶς βελέεσσι

Κύπρι-

61. χρυσέου iam emendauit Doruillius in Vann. critica pag. 379. ex optimo cod. illumque ſequuti ſunt Brunck. et Valck. ita quoque legitur in ed. Florent. Alius Doruillii cod. habuit χρυσίου, alius denique χρυσόου. In edd. vulgo legitur χρυσοῖο, quam vitioſam lectionem, Valckenarius putat, forte ortam eſſe ex Dorico χρυσείω, quod probabiliter Moſchum poſuiſſe iudicat. 64. Ἄλλη ἐπ' ἄλλαισι Aldus. ἄλλη ἐπ' ἄλλοισι F. Vrſin. ἄλλη ἐπ' ἀλλήλησι Callierg. ἄλλαι ἐπ' ἀλλοίοισι Stephan. 65. Νεόκισσον Ald. 67. ἐαροτρεφέων cum Valcken. praetuli ex cod. MS. ab Vrſi-

Aurei calathi extremum orbem pennis tegebat.
Talis erat calathus formoſiſſimae Europae.
Illae vero, poſtquam ad prata peruenerunt florida,
Aliae aliis animum tunc oblectabant floribus.
Ex iis haec odoratum Narciſſum, illa Hyacinthum,
Illa violam, illa vero ſerpillum decerpebat: multaque in terram
Pratorum vernorum cadebant folia.
Aliae porro flaui croci odoratam comam
Decerpebant certantes: verum in medio ſtabat ipſa regina,
Splendorem purpureae roſae manibus colligens,
Et excellebat, ſicut inter Gratias Venus.
Neque diu animum floribus oblectura erat,
Nec virginalem zonam impollutam conſeruatura;
Nam certe Iupiter, vt ipſam conſiderauit, mox ictus eſt
In animo, inopinatis domitus ſagittis

no oblatum vulgato ἐαροτροφέων. – pro πίπτεσκε edd. Ald. ac Flor. et margo Steph. praebent θαλέθεσκε, quod, Valck. ait, paene Moſcho reſtituiſſem. Venuſta quidem atque ornata eſt haec lectio, beneque reſpondet epitheto ἐαροτρεφέων. at ſententia ipſa videretur tunc otioſa, et vulgatum πίπτεσκε melius declarare videtur feſtinationem atque ardorem virginum in colligendis floribus. 72. ὀυ μὴν, *neque tamen*, Vrſin. quod elegantius. 73. Παρθενίην pro vulgato, at h. l. minus commodo, Steph. et aliorum παρθενικὴν cum Valckenario ex edd. Ald. Iunt. Callierg. et Vrſini

Κύπριδος, ἣ μύνη δύναται καὶ Ζῆνα δαμάσσαι.
Δὴ γὰρ, ἀλευόμενός τε χόλον ζηλήμονος Ἥρης,
Παρθενικῆς τ' ἐθέλων ἀταλὸν νόον ἐξαπατῆσαι,
Κρύψε θεὸν, καὶ τρέψε δέμας, καὶ γίγνετο ταῦ-
ρος,
Οὐχ οἷος σαθμοῖς ἐνιφέρβεται, ὐδὲ μὲν οἷος
Ὦλκα διατμήσσει, σύρων εὐκαμπὲς ἄροτρον·
(Οὐδ' οἷος ποίμνης ἐπιβόσκεται, ὐδὲ μὲν οἷος)
Ὅςις ὑποδμηθεὶς ἐρύει πολύφορτον ἀπήνην·
Τῶ δ' ἤτοι τὸ μὲν ἄλλο δέμας ξανθόχροον ἔσκεν·
Κύκλος δ' ἀργύφεος μέσσῳ μάρμαιρε μετώπῳ,
Ὄσσε δ' ὑπογλαύκεσκε δι' ἵμερον ἀςράπτοντε·
Ἶσα τ' ἐπ' ἀλλήλοισι κέρα ἀνέτελλε καρήνυ,
Ἄντυγος ἡμιτόμυ κεραῆς ἅτε κύκλα σελήνης·

Ἠλυ-

repoſui. 77. Τοιγὰρ edd. Iunt. et Vrſini. τοὶ γὰρ Callierg. haud male. vide ad Ant. gr. poet. p. 69. Ariſt. Plut. 29. at vulgatum bene ſe habet. 79. κρύψε θεὸν, *occuluit deum*, interpretari poſſum, *mutauit formam dei*, depoſuit quaſi perſonam dei: at tamen forſan ſcripſerat Moſchus κρύψε θέαν *mutauit formam*; falſam induit formam. v. notam. Caſaubonus quoque primum odoratus erat vitium, ſuſpicatus, legendum eſſe, κρύψε θ' ἑὸν καὶ τρέψε δέμας, poſtea tamen nihil hic mutandum eſſe cenſuit: atque frigidum fuiſſet. mox γίνεται Vrſin. et Heskin. 81. 82. hi duo verſus deſunt in edd. Ald. Callierg. et Vrſini; et niſi vterque, quoniam nec poeſin iuuant nec ſenſum, certe verſus 82. ſpurius eſſe videtur: hoc

Veneris, quae ſola poteſt etiam Iouem domare.
Etenim ſane, vt vitaret iram Zelotypae Iunonis,
Cum vellet teneram puellae mentem fallere,
Occuluit Deum, et mutauit corpus, et factus eſt taurus;
Non qualis in ſtabulis nutritur, neque qualis
Sulcum ſecat, trahens curuum aratrum;
Neque qualis inter armenta paſcitur, neque qualis ille
Qui domitus valde onuſtum trahit plauſtrum.
Eius reliquum quidem corpus flauum erat,
Circulus autem candidus in media ſplendebat fronte,
Oculi vero ſubglauci erant, amore coruſcantes:
Aequalia vero inter ſe cornua e capite emergebant,
Sicut orbes lunae cornutae, dimidiati ambitus.

enim ablato, verſus ſequens ſuperiori melius reſpondebit. Hinc eum vncis incluſi. 85. 86. Hi duo verſus deſunt in edd. Ald. et Callierg. at digni ſunt ingenio Moſchi. 86. ὑπογλαύσσεσκε correxit Caſaubon. et repoſuit Brunck. littera autem duplicata ὑπογλαύσσεσκε ſcripſit Valck. quem ſequutus ſum. Vulgo ὑπογλαύκεσκε. adde notam. 88. ἀυτὰ κεραίην (h e. κατὰ κεραίην *in ſummitate*) ἡμιτόμȣ Aldus et Callierg. ἀυτὰρ Fulu. Vrſinus, quod contra metrum eſt; at vulgata lectio conſentit melius cum ſequenti ſimilitudine, et cum forma cornuum tauri in gemmis pluribus. vide notam. Atque ab artiſicis cuiusdam ingenio atque fictione, aut ignorantia, qui quemdam, cognomine,

Ἦλυθε δ' εἰς λειμῶνα· καὶ οὐκ ἐφόβησε φαανθεὶς
Παρθενικάς· πάσῃσι δ' ἔρως γίνετ' ἐγγὺς ἱκέσθαι,
Ψαῦσαί δ' ἱμερτοῖο βοὸς, τοῦ δ' ἄμβροτος ὀδμὴ
Τηλόθι καὶ λειμῶνος ἐκαίνυτο λαρὸν ἀϋτμήν.
Στῆ δε ποδῶν προπάροιθεν ἀμύμονος Ἐυρωπείης,
Καὶ οἱ λιχμάζεσκε δερην, κατέθελγε δὲ κούρην·
Ἡ δέ μιν ἀμφαφάασκε, καὶ ἠρέμα χείρεσιν ἀφρὸν
Πολλὸν ἀπὸ ϛομάτων ἀπεμόργνυτο, καὶ κύσε ταῦ-
ρον.
Ἀυτὰρ ὁ μειλίχιον μυκάσατο· Φαίης κ' αὐλοῦ
Μυγδονίου λιγὺν ἦχον ἀνηπύοντος ἀκούειν.
Ὤκλασε δὲ πρὸ ποδοῖιν· ἐδέρκετο δ' Ἐυρωπείην

Ἀυ.

Taurum, Iouem, h. e. principem ſuae inſulae, Europam rapientem, mutauit in animal, taurum, et deo Ioui adfinxit rapinam, orta eſſe videtur fabula, a poetis ipſisque deinceps aliis artificibus, quum illa fabula in religione populari auctoritatem et cultum obtinuiſſet, poſtea mirifice ornata atque diuerſis modis amplificata; praecipue ſi illa rapina pluries more antiquiſſimae incultaeque aetatis diuerſis locis diuerſisque temporibus facta et ingenio artificum celebrata fuit. Tum ταῦρος antiquiſſimis Graecis dicebatur, quidquid magnitudine atque excellentia reliquas res notas ſuperaſſet. Accidit igitur, vt ob ignorantiam aeuique obſcuritatem facta plurium resque geſtae vni per ſigna et ſymbola tribuerentur. Haec ſcripſeram, antequam ea, quae cl. Schlaeger, (vide notam *) prodidit, legiſſem. 91. τοῦ δ' ἀμβρ. ex ed. Iunt. recepi cum

Venit autem in pratum: nec exterruit, cum viſus eſt,
Virgines: ſed omnibus licebat accedere proprius,
Et contrectare amabilem bouem, cuius diuinus odor
Procul et prati ſuperabat dulcem halitum.
Stetit autem ante pedes inculpatae Europae,
Et illi lambebat collum, demulcebatque puellam:
Illa vero contrectabat eum, et placide manibus ſpumam
Multam ab ore abſtergebat, et oſculabatur taurum.
At ille placide mugiit: diceres tibiam
Mygdoniam ſtridulum ſonum edentem (*te*) audire.
Flexit autem genua ante pedes, atque intuebatur Europam

Valck. vulgo δ' interiecta omittitur. 94. λιχμάζεσκε Callierg. mox pro δέρην legendum cenſebat Pierſon. χέρας· at, licet haud inepta ſit, immo vero bona haec emendatio, iuſtam tamen cauſſam, cur diſcedam a vulgari lectione, nondum video. 95. Genuinam lectionem ἀμφαφάασκε, a Calliergo profectam, reddiderunt Schwebel et Valcken. ἀμφάφασκε Aldus. ἀμφαφάεσκε Steph. Vulcan. Winterton. Whitfort. Heskin. Brunck. 96. ἀπεμύργυτο καὶ κύσε ex edit. Florent. reſtituit Valck. κύσε quoque ed. Ald. et margo Steph. ἀπομοργ. καὶ κύε vulgo. 97. eſt verſus ſpondaicus, quorum plures excitat Dorville in Vann. crit. pag. 374. et 387. idem pag. 388. noſtrum laudat verſum: at codd. hic valde turbare ait; quomodo vero varient, non addit. 99. Εὐρωπείην pro vulgato Εὐρώπειαν correxi cum Valckenario.

Ἀυχέν' ἐπιςρέψας, καὶ οἱ πλατὺ δείκνυε νῶτον.
Ἡ δὲ βαθυπλοκάμοισι μετέννεπε παρθενικῇσι·

Δεῦθ' ἑτάραι φίλιαι καὶ ὁμήλικες, ὄφρ' ἐπὶ τῷδε
Ἑζόμεναι ταύρῳ τερπώμεθα· δὴ γὰρ ἁπάσας,
Νῶτον ὑποσορέσας, ἀναδέξεται, οἷά τε νηῦς.
Πρηῢς ὅδ' εἰσιδέειν καὶ μείλιχος, ὐδέτι ταύροις
Ἄλλοισι προσέοικε· νόος δέ οἱ ἠΰτε φωτὸς
Αἴσιμος ἀμφιθέει, μόνης δ' ἐπιδεύεται αὐδῆς.
Ὧς φαμένη, νώτοισιν ἐφίζανε μειδιόωσα·
Αἱ δ' ἄλλαι μέλλεσκον. ἄφαρ δ' ἀνεπίλατο ταῦρος,
Ἣν θέλεν ἁρπάξας· ὠκὺς δ' ἐπὶ πόντον ἵκανεν·
Ἡ δὲ μεταςρεφθεῖσα φίλας καλέεσκεν ἑταίρας,
Χεῖρας ὀρεγνυμένη· ταὶ δ' ὐκ ἐδύναντο κιχάνειν.

Ἀκτάων

102. Δεῦτ' Valck. 104. οἷά τε νῆα prim. Ald. Valckenarius, "alibi commoda, inquit, hinc aliena mihi videtur iſta comparatio: ſi legeretur haec in codd. ἁπάσας, Νῶτον ὑποσορέσας, ἀναδέξεται οἷά τ' ἀπήνα· mihi quidem placerent." Acuta eſt quidem haec animaduerſio, et mihi quoque olim viſa eſt incommoda illa comparatio. At enim huic dubitationi iam occurri in vberiore explicatione pag. 263. Antholog. gr. poet. Nempe non nauis bene apteque exſtructa, ſed qualis fuit primis rudibusque illis temporibus, quibus Europa rapta fingitur, n. truncus arboris cauatae debet cogitari. 105. μειλίχιος Schier. mox Callierg.

Ceruice retorta, et illi latum oſtendit dorſum.
Illa vero valde capillatis dixit virginibus:
Huc adeſte ſodales charae atque aequales, vt in hoc
Confidentes tauro nos oblectemus: certe enim omnes,
Dorſum vbi ſubſtrauerit, recipiet veluti nauis.
Manſuetus hic adſpectu eſt, et blandus: neque tauris
Aliis ſimilis: mens enim ei tanquam viro
Benigna verſatur, et ſola indiget voce.
Sic locuta, tergo inſidebat ridens:
Caeterae vero adſcenſurae erant. Statim autem exiliit taurus,
Cum eam, quam volebat, rapuiſſet: ac celeriter ad mare peruenit.
Ipſa autem conuerſa ſuas vocabat ſodales,
Manus porrigens: at illae non poterant eam aſſequi.

οὐ δέ τι, quod rectius mihi videtur. 109. lectio non ſatis tuta veraque ἀνεπίλνατο a Calliergo orta eſſe videtur; ἀνεπίλλατο Ald. ἀνεπίδνατο ed. Iunt. ἀνεπήλατο in ora libri ſui correxit Iſaac Voſſius: quae correctio et probata eſt Valckenario, et in mentem venit Brunck. qui quidem in notis ſubiectis: "ſcr. ἀνεπήλατο, inquit, i. e. ἀνεπήδησε, ab ἀνεπάλλομαι. Imperfectum ἀνεπάλλετο temporum rationi contrarium eſt. Verbum debet eſſe in aoriſto. Caeſareus codex ἀνεπήλλατο, quod emendationem meam confirmat. Aldus ἀνεπίλλατο. Ceterae editt. ἀνεπίλνατο, ſine ſenſu."

Ἀκτάων δ' ἐπιβὰς πρόσσω θέεν, ἠύτε δελφίς.
Νηρεΐδες δ' ἀνέδυσαν ὑπ' ἐξ ἁλὸς, αἱ δ' ἄρα πᾶσαι
Κητείοις νώτοισιν ἐφήμεναι ἐστιχόωντο.
Καὶ δ' αὐτὸς βαρύδουπος ὑπεὶρ ἁλὸς Ἐννοσίγαιος
Κῦμα κατιθύνων, ἁλίης ἡγεῖτο κελεύθου
Αὐτοκασιγνήτῳ· τοὶ δ' ἀμφί μιν ἠγερέθοντο
Τρίτωνες, πόντοιο βαθυῤῥόου ἐνναετῆρες,
Κόχλοισιν ταναοῖς γάμιον μέλος ἠπύοντες.
Ἡ δ' ἄρ' ἐφεζομένη Ζηνὸς βοέοις ἐπὶ νώτοις,
Τῇ μὲν ἔχεν ταύρου δόλιχον κέρας, ἐν χερὶ δ' ἄλλῃ
Εἴρυε πορφυρέας κόλπου πτύχας· ὄφρά κεν ὤμων
Δεύοι ἐφελκομένην πολιῆς ἁλὸς ἄσπετον ὕδωρ.
Κολπώθη δ' ὤμοισι πέπλος βαθὺς Εὐρωπείης,
Ἱστίον οἷά τε νηὸς, ἐλαφρίζεσκε δὲ κούρην.

Ἡ

115. ἐστιχόωντο a Scaligero ſic recte correctum eſt. ἀντεχόωντο Aldus. ἀντοχέωντο Callierg. 119. Lectio βαθυῤῥόου ἐνναετῆρες profecta eſt a Callierg. pro priore voc. praebet Ald. βαθύθροοι, et loco poſterioris eſt in Iunt. ed. αὐλητῆρες. 120. κόχλοισι malit Brunck. 123. Magna varietas eſt lectionis, v. Notas. ὄφρα κενηῶν ἐνδέυῃ ἑλκόμενον Callierg. (qui tantum modo in tertio vocabulo iota ſubſcriptum omiſit), & Vrſin. ex codd. ὄφρά κε νηῶν Δεύοι ἐφελκόμενος Stephan. in Princip. poet. carm. heroici. Hic tamen in minore edit. — ὤμων Δεύοι ἐφελκόμενον. In edit. Florent. κενηῶν et ἐφελ-

Ex littore vero mare ingreſſus, longe procurrit vt Delphin.
Nereides autem e mari emerſerunt, atque omnes
Cetorum tergis inſidentes, ordine ibant.
Et ipſe grauiſonus Neptunus ſupra mare
Fluctus complanans, marini dux erat itineris
Germano fratri: atque circa ipſum congregabantur
Tritones, profundi maris incolae.
Conchis longis nuptiale carmen ſonantes.
Illa vero ſedens in bubulis tergis Iouis,
Altera quidem (*manu*) tenebat longum tauri cornu; manu vero altera
Trahebat purpureae veſtis ſinus, (*eousque*) quousque fimbriam
Commadefaceret attractam cani maris copioſa vnda.
Sinuabatur autem in humeris veſtis ampla Europae
Ceu velum nauis, atque alleuabat puellam.

At

κόμενον legitur. *Ὄφρα κε νηῶν ἐν δέ οἱ ἑλκόμενον* Ald. *Ὄφρα μὴ ὤην Δέυοι ἐφελκομένην* coniecit Auratus, probantibus Caſaubono et Schwebelio in notis, et recepit Brunck. Atque *μὴ* omnino requiri; at etiam *Δένῃ* ſcribendum, Valckenarii ſententiam amplector: Lectionem tamen Wintertonianam in textu expreſſam retinuerunt Schwebel, Heskin et Valckenarius in contexto. 125. Placet Salmaſii, Lennepii et Pierſonii emendatio apud Valcken. *κολπώθη δ' ἀνέμοισι πέπλος*, nam in gemmis peplus, ſupra caput elatus, ſinuatur.

Ἡ δ' ὅτε δὴ γαίης ἄπο πατρίδος ἦεν ἄνευθεν,
Φαίνετο δ' ὔτ' ἀκτή τις ἁλίῤῥοος, ὔτ' ὄρος αἰπὺ,
Ἀλλ' ἀὴρ μὲν ὕπερθεν, ἔνερθε δὲ πόντος ἀπείρων
Ἀμφί ἑ παπτήνασα, τοίην ἀνενείκατο φωνὴν,
Πῆ με φέρεις, θεόταυρε; τίς ἔπλεο; πῶς δὲ κέλευθον
Ἀργαλέοισι πόδεσσι διέρχεαι, ὐδὲ θάλασσαν
Δειμαίνεις; νηυσὶν γὰρ ἐπίδρομός ἐςι θάλασσα
Ὠκυάλοις, ταῦροι δ' ἁλίην τρομέϐσιν ἀταρπόν.
Ποῖόν σοι ποτὸν ἡδὺ, τίς ἐξ ἁλὸς ἔσσετ' ἐδωδή;
Ἦ ῥά τις ἐσσὶ θεός. τὶ θεοῖς ἀπεοικότα ῥέζεις;
Οὔθ' ἅλιοι δελφῖνες ἐπὶ χθονὸς, ὔτε τι ταῦροι
Ἐν πόντῳ ςείχϐσι· σὺ δὲ χθόνα καὶ κατὰ πόντον
Ἄβροχος αἴσσεις, χηλαὶ δέ τοι εἰσὶν ἐρετμά.
Ἦ τάχει καὶ γλαυκῆς ὕπερ ἠέρος ὑψὸς ἀερθεὶς,
Ἴκελος αἰψηροῖσι πετήσεαι οἰωνοῖσιν.
Ὤι μοι, ἐγὼ μέγα δήτι δυσάμμορος, ἥ ῥά τε δῶμα
Πατρὸς ἀποπρολιπϐσα, καὶ ἑσπομένη βοῒ τῷδε,
Ξείνην ναυτιλίην ἐφέπω, καὶ πλάζομαι οἴη.
Ἀλλὰ σύ μοι μεδέων πολιῆς ἁλὸς Ἐννοσίγαιε
Ἵλαος

127. ἀνέυθε ſcribi maluit Brunck. 128. ἁλιῤῥοδος Valck. et Brunck, de coniectura prioris ad Euripidis Hippolytum pag. 291. 130. τόσην ἀνεν. Ald. Callierg. et Vrſin. 133. νηυσὶ γὰρ legi malit Brunck. 138. χθόνα καὶ κατὰ πόντον, poetice et eleganter, pro

At illa, cum iam terra a patria eſſet procul,
Conſpicereturque nec littus vllum, quod a mari alluitur, nec vllus mons altus,
Verum ſupra coelum, et infra immenſum mare,
Circum ſe ſpectans, talem extulit vocem:

Quo me vehis, diuine taure? quis es? quomodo autem (*hanc*) viam
Grauibus pedibus conficis, neque mare
Reformidas? nauibus enim peruium eſt mare
Velocibus, at tauri marinum iter reformidant.
Qualis tibi potus dulcis? quis e mari cibus erit?
Num Deus aliquis es? cur, quae Deos non decet, facis?
Neque marini Delphines in terra, neque tauri
In mari ambulant: tu vero per terram et mare
Immadefactus ruis, vngulae autem tibi ſunt remi.
Forte etiam in coeruleum aërem ſublatus alte
Volabis, velocibus ſimilis volucribus.
Hei mihi multum infelici, quae quidem domo
Patris relicta, et hunc bouem ſecuta,
Peregrinam nauigationem conficio, et erro ſola!
Sed tu mihi, Neptune, qui cano in mari regnum tenes,

Pro-

κατὰ χθόνα καὶ κατὰ π. nec loco ſuo mouenda eſt haec lectio. Brunck. tamen ſuſpicatur, ſcriptum olim fuiſſe, σὺ δ', ὡς χθόνα, καὶ κατὰ π. quaſi ſit ſtructura: σὺ δ' αἴσσεις ἄβροχος κατὰ πόντον, ὡς κατὰ χθόνα. 142. σῶμα pro δῶμα, Ald. vitioſe.

Ἴλαος ἀντιάσειας· ἐέλπομαι εἰσοράασθαι
Τόνδε κατιθύνοντα πλόον προκέλευθον ἐμεῖο.
Ὀυκ ἀθεεὶ γὰρ ταῦτα διέρχομαι ὑγρὰ κέλευθα.
Ὣς φάτο. Τὴν δ' ὧδε προσεφώνεεν εὐρυκέρως βῦς·
Θάρσει παρθενικὴ, μὴ δείδιθι πόντιον οἶδμα.
Ἀυτός τοι Ζεὺς εἰμὶ, καὶ ἐγγύθεν εἴδομαι εἶναι
Ταῦρος· ἐπεὶ δύναμαί γε φανήμεναι, ὅ, ττ' ἐθέλοιμι.
Σὸς δὲ πόθος μ' ἐνέηκε τόσ ἅλα μετρήσασθαι
Ταῦρον ἐειδόμενον. Κρήτη δε ∴ δέξεται ἤδη,
Ἥ μ' ἔθρεψε καὶ αὐτὸν, ὅπα νυμφήϊα σεῖο
Ἔσσεται· ἐξ ἐμέθεν δὲ κλυτὺς φιτύσεαι ὗιας,
Ὁι σκηπτῦχοι ἅπαντες ἐπιχθονίοισιν ἔσονται.
Ὣς φάτο· καὶ τετέλεσο, τάπερ φάτο· φαίνετο μὲν δὴ
Κρήτη, Ζεὺς δὲ πάλιν ἑτέρην ἀνελάζετο μορφὴν,
Λῦσε δὲ οἱ μίτρην, καὶ οἱ λέχος ἔντυνον Ὧραι.

Ἡ

155. ὅπῃ Wintert. Heſkin. ὅπῃ Brunck. ὅπα Valck. ὅπα Callierg Stephan. Schwebel. Schier. 156. vulgo legitur κλυτὺς μάλα φύσεαι ὗιας. At cum Brunckio et Valcken. reddidi κλυτὺς φιτύσεαι ὗιας. Atque prior, "iſtud μάλα, inquit, addidit neſcio quis ad fulciendum metrum: in veteribus editionibus non comparet. Aldus: ἐξ ἐμέθεν δὲ κλειτὺς φύσσεαι ὗιας. Hunc ſequuti Calliergus et F. Vrſinus, mutato ſolum κλειτὺς in κλεινὺς. Codex Caeſar. κλυτὺς φυτίσσεαι, vnde vera et indubitata emergit lectio: κλυτὺς φιτύσεαι ὗιας, quod reponendum; φύσεαι vix graecum eſt.

Propitius occurras: ſpero me viſuram eſſe
Hunc, qui curſum dirigit, ducem meum.
Non enim ſine Deo per has humidas vias transeo.
Sic dixit. Hanc vero ſic allocutus eſt amplis cornibus praeditus bos:
Bono ſis animo, virgo, ne time marinos fluctus.
Ipſe ſane ſum Iupiter, et cominus videor eſſe
Taurus: nam poſſum apparere, quicquid velim.
Amor autem tui impulit me tam longum mare emetiri,
Tauro aſſimulatum. Creta autem te iam recipiet,
Quae me ipſum quoque enutriuit, vbi nuptiae tuae
Erunt; ex me autem inclutos paries filios,
Qui omnes (*reges*) ſceptrigeri inter homines erunt.
Sic dixit: et facta ſunt, quae dixerat. Apparebat enim
Creta, et Iupiter rurſus aliam aſſumabat formam,
Soluitque ei zonam, et illi lectum parabant Horae.

Illa

Hac ſignificatione forma actiua φύσεις ſola in vſu eſt.„ 157. ἅπαντες ex Ald. edit. et marg Steph. reuocaui, idque poſtea vidi a Valckenario, et a Brunckio fide cod. Vindobenenſis firmatum atque in notis probatum. "Tres, ait Brunck, Europae filii, Minos, Sarpedon et Rhadamanthus *omnes* reges fuere; at non *omnes homines* ſub imperio habuere.„ ἅπασι ab Calliergo venit in reliquas edd. num ex codice, an, quoniam putauit, Moſchum adluſiſſe ad fabulam, Minoa et Rhadamanthum apud inferos, vna cum Aeaco, iudices fuiſſe habitos ob iuſtitiam, (v. Apollodor. III. Cap. I.

Ἡ δὲ πάρος κούρη, Ζηνὸς γένετ᾽ αὐτίκα νύμφη,
(Καὶ κρονίδῃ τέκνα τίκτε, καὶ αὐτίκα γίνετο μήτηρ.)

§. 1. 2.) neſcio. 161. πατρὸς κούρη Ald. 162. γένετο Aldus et Callierg. at vltimus hic verſus ſpurius Moſchoque indignus iure videtur Valckenario. Hinc eum quoque vncis incluſi.

ANIMADVERSIONES IN MOSCHI IDYLL. II.

*) Hoc carmen ab Calliergo aliisque inter Theocritea receptum fuit. At Xylander iam Theocrito id abnegauit: atque Stephanus edidit veluti Moſchi poema: eique adſcriptum inuenit Fulu. Vrſinus in duobus codd. MStis, altero Vaticano, altero Mediceo. Adcedit cod. Auguſtanus, in quo inſcribitur; Μόσχου Σικελιώτου Εὐρώπη. In Pariſin. codd. hoc carmen, teſte Valckenario, non fuit repertum. Quae in Anthologia graeca poet. ad Idyllium noſtrum illuſtrandum vberius adtuli, et quae in ſingulari commentatione, Anthologiae ſubiuncta, de oeconomia, virtutibus et vitiis poeticis illius late differui, ea, ne adponam crambem bis coctam, hic repetere nolo: quibus addas velim Achillem Tatium Lib. I. pag. 7. ſeq. Palaeph. de Incredib. Cap. 16. Eratoſthenis Cataſteriſmos Cap. 14. De origine fabulae vide in comment. memor. p. 256. et ad verſ. 88. in V. L. In Montfauconii Antiq. expliq. tom. II. tab. 19. et 20. plures reperiuntur effigies, quae Iouem ſub tauri forma Europam rapientem exprimant, vide ad verſ. 114. in Antholog. gr.

Illa vero antea quae virgo, ſponſa ſtatim Iouis facta eſt,
Et Ioui filios peperit, ſtatimque facta eſt mater.

gr. poet. Taurus tamen in effigiem *hirci*, cuius dorſo inſidet virgo, transformatus adparet in gemma quadam, quam cel. Iulius Carol. Schlaeger in diſſertat. quadam epiſtolari, inſcripta: Gemma antiqua ſiſtens Europae raptum imagine prorſus ſingulari adumbratum, Hamburgi 1734. docte eruditeque explicat, (vbi pag. 31. ſqq. permultos recenſet, qui illam fabellam vel memoraſſent, vel expoſuiſſent copioſius), in illuſtrandoque hoc argumento diligentiſſime verſatur; denique pag. 40. ſqq. in ſenſum hiſtoriolae illius inquirit, ab eorumque ſtat partibus, qui contendant, Iouem, Cretae dominum, naui, cui pro ſigno eſſet taurus, aduectum, violenta manu Europam Tyriis eripuiſſe.

1. De auctore huius poematis ambigunt docti: alii Theocrito, alii Moſcho tribuunt. In vetuſtiſſimis editionibus inter Theocriti Idyllia locum habet. Sed in duobus antiquiſſimis codicibus, (inquit Vrſinus) vno bibliothecae Vaticanae, altero Mediceae, quem ipſi Florentiae vidimus, Moſcho Ἐυρώπην inſcribi animaduertimus. *Heskin.*

2. λάχος, Heſych. μέρος interpretatur. Ornate vero poeta deſcribit primam lucem: apud Graecos enim antiquiſſimis temporibus nox in tres vigilias diuidebatur, vide Homer. Iliad. K. 253. et ad Anthologiam gr. poet. vbi etiam verſus ſequentes illuſtrantur pluribus.

Ibid. Horat. Lib. I. Sat. X, 32.

— vetuit me tali voce Quirinus,
Poſt mediam noctem viſus, cum ſomnia vera.

Ouid. Epiſt. Herus ad finem.

Namque ſub aurora, iam dormitante lucerna.
Tempore, quo cerni ſomnia vera ſolent.

HESKIN.

3. Hic ſuauitas ſomni cum mellis dulcedine, valde βουκολικῶς, comparatur: alias a poetis quoque res iucundae cum ſuauitate ſomni frequenter componuntur.

4. λυσιμ. conf. Lennepii Animadu. ad Coluth. pag. 121. De figura ſomni praeter alios conſule quoque G. Ephr. Leſſing, wie die Alten den Tod gebildet. Berolini 1769 — πεδάᾳ — κατὰ eſt τμῆσις pro καταπεδᾷ, *ligat*, *irretit*.

5. Somnia matutina omni fere aetate ab hominibus ſuperſtitioſis habita ſunt rata. adde ad Idyll. IV, 120.

9. ἀντιπέραν) h. e. Europam, orbis partem: ſed poeta callide reticuit eius partis memoriam, Aſia tantum nominata.

11. Ἐνδαπίη —) Apud Vrſinum verſus decimus deeſt: et pro ἐνδαπίη legitur ἐν δ' ἀσίῃ, vitioſiſſime, nulloque plane ſenſu. *Heskin.*

13 βιαζομένα) ſic Vrſini et editio Vignonis, vt et B. Vulcanii: vulgo βιαζομένη, neglecto Doriciſmo. *Heskin.* vide V. L. et ad Theocr. XXII, 9.

16. Ἡ δ' ἀπὸ μὲν — ἐπηρανίων προΐηλε) Similiter Apollonius de Medea Argonauticῶν Lib. III, 633.

Παλ-

Παλλομένη δ' ἀνόρυσε φόβῳ, περί τ' ἀμφί τε τοίχυς

Πάπτηνεν θαλάμοιο· μόλις δ' ἐσαγείρατο θυμὸν,
Ὡς πάρος, ἐν ςέρνοις· ἀδίνην δ' ἀνενείκατο φωνήν.
Δειλὴ ἐγὼν, οἷόν με βαρεῖ' ἐφόβησαν ὄνειροι.

Attonita autem ſurrexit timore, et vndique circum muros
Thalami oculis luſtrabat: vixque animum collegit,
Vt prius, in pectore: lamentabilem autem emiſit vocem.
Miſera ego, vt me grauia terruerunt ſomnia!

Virgil. III. Aen. 172.

Talibus attonitus viſis, ac voce deorum,
(Nec ſopor illud erat, ſed coram agnoſcere vultus,
Velataſque comas, praeſentiaque ora videbar:
Tum gelidus toto manabat corpore ſomnus):
Corripio e ſtratis corpus. — —

Quibus confer Shakpearum noſtratem:

— — And ſo, with ſhrieks
She melted into air. Affrighted much
I did in time collect my ſelf, and thougt
This was ſooth, aud no ſhlumber. — The Winters Tale. —

Heskin. adde Coluthum verſ. 372. ibique Lennep. in Animadu. pag. 124. qui Apollonii Rhodii locum quoque laudat.

17. τὸ γὰρ ὡς ὕπαρ εἶδον ὄνειρον) Opponuntur inter ſe ὄναρ et ὕπαρ, et apud Homerum Odyſſ. τ'. v. 547. vbi v. ſchol.

Ουκ ὄναρ, ἀλλ' ὕπαρ ἐσθλὸν, ὅ τοι τετελεσμένον ἔςαι.

latinum *reſpicere*, *videre*. Graeci aliquoties addere ſolent ἀσμένως, ἡδέως, ἰδεῖν, quam loquendi formam Dorville ad Chariton. VI. pag. 559. per, *amore alicuius captum eſſe*, interpretatur. Hanc graeci ſermonis elegantiam pluribus comprobauit exemplis Lennep. ad Phalaridis Epiſtol. LXVIII. pag. 211. ſqq. Noſtro itaque loco ex praecedentibus repetere poſſumus ἀσπασίως, et interpretari, *eamque tamquam ſuam filiam amauit*, ſiue *amplexa eſt*. vide infra ad Idyll. IV, 50.

27. ἀλλά μοι — ὄνειρον) Formula antiqua auertendi abs ſe mali ominis; cuius generis ſunt et illae apud Latinos: *quod omen Deus auertat; Dii prohibeant*, et illud Ouidio vſitatiſſimum: *Dii melius*. Ex notis B. Vulcanii. *Heskin*. adde Schwebel. Tibull. III, 4. 1. vbi conſules Brouckhuſii et cl. Heynii notas,

Di meliora ferant, nec ſint inſomnia vera,
Quae tulit extrema peſſima nocte quies.

infra ad IV, 123. et v, 94. ſqq. in Euripidis loc. cit. — Μάκαρες *dii* proprie dicuntur, quia *beatiſſimi* cenſebantur. vide Theocr. XV, 104. et Pindar. Olymp. I, 83. ibique notam in Anthol. gr. poet.

31. ἢ ὅτε — ἀναύρῳ) In editionibus omnibus exhibetur Ἀναύρῳ, littera prima maiuscula; verſumque, *Anauri:* quaſi nomen fluminis proprium fuiſſet. Locus hic difficilis I. Palmerio viſus eſt. "Vbinam eum Anaurum fluuium ponat, inquit vir eruditus, non patet ex toto Idyllio. Anaurus fluuius in Magneſia prope Iolcum in mare defluens; — Fuit et alius in Troade vel Dardania. — Sed ſi fides eſt Ouidio et plerisque, qui volunt Europam Agenoris Sidoniorum regis

filiam in Phoeniciae littoribus ludentem raptam fuiſſe, ex hoc Moſchi loco ponendus erit et alter Anaurus fluuius in Phoenicia prope Sidonem, de quo omnes Geographi tacuerunt. „ — Doɛto viro aquam hic haeſiſſe miror: nullus in Phoenicia Anaurus memoratur, nec, vti ille coniicit, conſtituendus. Ἄναυρος hic non eſt nomen proprium, ſed adpellatiuum, et ſignificat *flumen*, vel prima ſignificatione *torrentem*. Sic Anacr. Od. VII. (verſ. 4. vbi vide Baxter et Fiſcher.)

> Διὰ δ' ὀξέων μ' ἀναύρων. κ. τ. λ.
>
> *Per rapidos me torrentes.*

Et, vt obiter id moneam, alio loco haec vox Anacreonti reſtituenda videtur. Od. 19. ita in omnibus editionibus legitur:

> Ἡ γῆ μέλαινα πίνει,
> Πίνει δὲ δένδρε' αὐτήν,
> Πίνει θάλασσα δ' αὔρας,
> Ὁ δ' ἥλιος θάλασσαν,
> Τὸν δ' ἥλιον σελήνη.
>
> *Fecunda terra potat,*
> *Hanc arboresque potant,*
> *Et potat aequor auras,*
> *Phoebusque potat aequor,*
> *Ipſumque luna Phoebum.*

„ Quorſum *Auras bibit Aequor?* (vt inquit D. Trapp.) Omnia animalia bibunt auras; mare vero bibit fluuios. Ad hunc locum omnes interpretes prorſus ſilent, neque ego illius ſenſum capio. Verum eſt quidem, mare vorticibus ſuis auras abſorbere, ſed frigidum hoc et ieiunum, quia idem faciunt omnia animalia „ Recta haec

haec et vera. Sed librariis, non poetae culpa imputanda eſt, cui leuiſſima mutatione ſuus ſenſus, ſua reſtitui poſſunt verba:

Ἡ γῆ μέλαινα πίνει,
Πίνει δὲ δένδρε' αὐτήν·
Πίνει θάλασσ' ἀναύρους,
Ὁ δ' ἥλιος θάλασσαν,
Τὸν δ' ἥλιον σελήνη.

Bibit *mare torrentes*, — — hoc iuſtam ἔννοιαν exhibet: vulgata lectio ſi vllam, certe prodigioſam. *Heskin.* Ego vero dicerem, vulgatam in Anacreonte praebere ſententiam phyſice veram; dum particulae aurae humidae nebulaeque in mare redeunt. Atque huius ſuſpicionis Heskinianae neque Fiſcher neque Brunck in ſuis editt. mentionem faciunt. Schneider in den Anmerkungen über den Anakreon pag. 331. eam obiter memorat, neque tamen omnino probat. vide V. Lect. — De flumine *Anauro*, in Theſſalia, v. Spanhem. ad Callim. H. in Dianam verſ. 101. et Heſſel atque Oberlin ad Vibium Sequeſt. pag. 73 ſq.

32. κέρσοι) futur. aeolic. verbi κείρω. vide indic. ad Anthol. gr. poet. h. v.

36. ἠχῇ) hanc lectionem vindicare ſtudui et explanaui ad h. l. in Anthol. gr. poet.

39. Haec calathi deſcriptio eſt quidem epiſodicn, per ſe conſideratum, venuſtum bonumqne vltimae antiquitatis exemplum: at vero ad caput rei et Europae hiſtoriam non pertinet, ideoque inutilis: cuius generis epiſodia iam culpauit Ariſtoteles in Poetica. Moſchus vero ſimiles Theocriti atque Homeri deſcriptiones,

nes, at loco incommodo, imitaturus fuiſſe videtur. v. notam ad h. l. in Anthol. gr. poet.

39. Secundum Apollodor. II. Cap. 1. §. 3. *Libya* fuit Epaphi atque Memphis filia, ex qua Neptunus, Agenorem et Belum ſuſcepit: terrarumque orbis pars tertia nomen obtinuit. — Ἐννοσίγαιος eſt epitheton Neptuni, ab ἐνόω *quatio* et γαῖα *terra*. Is vero dicitur *terrae quaſſator*, *Erderſchütterer*, quoniam ad eum terrae motus referebantur: eamque ob cauſſam alias vocatur Ἐνοσίχθων apud Homerum Iliad. Θ 208. et ſaepius; Σεισίχθων, (a σείω *moueo*) apud Pindar. Iſt. I, 76) Ἐνοσίδας, et metri cauſſa, Ἐννοσίδας, (Pindar. Pyth. IV, 58. 307.) ab ἐνόω ſ. ἐνόθω, *moueo*, et δᾶ dor. pro γῆ. Vulgare eius apud Graecos nomen fuit Ποσειδῶν, et dorice Ποσειδάν.

40. ἡ δὲ πόρεν — αἵματος ἔσκεν) Ac primum videamus illud in calathi deſcriptione, ἡ δὲ πόρεν — οἱ αἵματος ἔσκεν. Quid enim, obſecro, poſtrema verba ſonant? Non opinor aliud, quam ſi dixiſſet ἔσκεν οἱ θυγάτηρ vel ἀπόγονος; vt ſenſus ſit, ex Libyae ſanguine ortam eſſe Telephaſſam. Sic illa Homeri accepimus,

Αἵματος εἶ ἀγαθοῖο, φίλον τέκος.

Et iſta Apollonii Lib. IV.

Ἔμπεδον ἀθανάτων ἔσαν αἵματος.

Q. Smyrnaeus Lib. XIV.

Ἄμφω γὰρ μακάρων ἔσαν αἵματος.

Atqui Telephaſſa, nurus Libyae, non filia, aut neptis fuit. Apollodorus, Ἀγήνωρ δὲ παραγενόμενος εἰς τὴν

Εὐ-

Εὐρώπην γαμεῖ Τηλεφάσσαν. Agenor autem Libyae filius et Neptuni. De Telephaſſa diuerſa eſt apud Apollonii interpretem narratio; ſed nemo tamen veterum, quod ſciam, Libya prognatam dixit. An vero ita accipiemus, quaſi dixiſſet ἔσκε πρὸς αἵματος: mitto dicere, quam recte dicatur nurus ſocrui conſanguinea: hoc dico, inſolens valde et durum eſſe hoc loquendi genus, ἔσκεν αἵματος, pro ἔσκε πρὸς αἵματος. Non enim temere reperias, ita bonos auctores eſſe loquutos. Lege autem:

Ἥγε οἱ ἔννυος ἔσκεν.

Ἔννυος veteribus Graecis eſt *nurus*, quae aliis eſt νύμφη, vt apud Plut. et Graecos Iuriſconſultos. Pollux, Ἡ μὲν γεγαμημένη νύμφα καλεῖται τῇ τοῦ γήμαντος μητρὶ, καὶ τῷ πατρὶ καὶ ἐννυός. Poteſt etiam legi;

Ἥγε ἑοῖ νυὸς ἔσκεν.

Nam Νυὸς pro eodem accipitur. Euſtathius, νυὸς, ὡς ἐπὶ πλεῖστον, υἱοῦ γυνὴ τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ, ὡς ἡ Ἑλένη τῷ Πριάμῳ καὶ τῇ Ἑκάβῃ. Et ita accipit hic idem poeta, ſi quidem Moſchus eſt, vt quidam volunt, huius poematis auctor. — Locus eſt in Megara, vbi de Alcmena ſic canit: (Idyll. IV, 61.)

Μύθοισιν πυκινοῖσι φιλὴν νυὸν ὧδε μετηύδα.

ſic etiam apud alios. Non fruſtra tamen additum eſt ab Euſtathio, ὡς ἐπὶ πλεῖστον, nam aliquando aliter accipitur. Theocritus in Epithal.

Κ᾽ εἰς ἔτος ἐξ ἔτεος, Μενέλαε, τέα νυὸς ἅδε.

Iſaaci Caſauboni Lection. Theocr. Cap. vltimo. *Heskin.* vide V. L.

45. Ius, Inachi filiae, fabula pertinet ad antiquiſſimas Graeciae; et iam adparet in monimento Amyclaei, apud Pauſan. III. Cap. 18. 19. probabiliter orta ex ſymbolica Lunae forma, ſub capite muliebri, cornibus vaccae adfictis. conf. cel. Heyne Sammlung Antiquariſcher Aufſätze, Part. I. pag. 41. et Ouid. I. Metam. fab. 10 - 13.

46. φοιταλέη) *oeſtro percita, furens*, et h. l. potius, *quae cum impetu fertur*, vt Oppian. Hal. II. v. 259. 260. qui locus noſtro ſimilis eſt: illuſtrauit hoc vocabulum Valcken. ad Ammon. Cap. 17. pag. 149. et praecipue V. D. in Obſeruatt. Belg. miſcell. VI, 3. pag. 587. ſqq. qui inter alia Euſtathii interpretationem ad locum Homericum Iliad. E. v. 594. φοίτα δ' ἄλλοτε μὲν προσθ' Ἕκτορος ἄλλοτ' ὄπισθεν, haec adfert: ὁ ποιήτης τὸ ὁρμᾷν, φοιτᾷν, ὅτω καὶ Ἡσίοδος· εἰ δὲ, κατὰ τὰς παλαιὰς, φοῖτος ἡ μανία, οἰκειότατον Ἄρεϊ ἐνταῦθα τὸ φοιτᾷν μανιωδῶς ὁρμωμένα κατὰ Ἑλλήνων. Atque φοιτᾷν pro *inſanire* apud Sophocl. in Aiac. v. 59. — Mox ἅλμυρα κέλευθα eſt periphraſis *maris:* ita enim κελεύθος, variis nominibus additum, cum vi quadam inſeruit periphraſi: iis, quae in Anthol. gr. ad h. l. notaui, adiici poteſt Coluth. 309. ἠελίοιο κέλευθοι, cum Lennepii animaduerſione p. 85.

48 — ὑψὲ ἐπ' ὄφρυος etc.) ſic Virgil. Georg. I, 108.

> Ecce, ſupercilio clinoſi tramitis vndam
> Elicit. —

Vtrique Homerum imitati ſunt, Il. 20, 151.

> Οἱ δ' ἑτέρωσε κάθιζον ἐπ' ὀφρύσι Καλλικολώνης.

Ii

Ii vero ex altera parte ſedebant in ſupercilio Calli-colones.

Heskin. plures laudaui ad h. l. et in indice Anthol. gr. Ὀφρὺς, proprie *ſupercilium:* dein per metaphoram ſignificat *partem alicuius loci editiorem*, atque *faſtigium.* v. Schweb.

49. ἀολλήδην) veterem, *dichte neben einander:* ab ἀολλὴς, vocabulo Homero frequenti, *denſus, condenſatus, denſe congregratus.*

51. Πόρτιος εἰναλίης —) Ita omnes, quot vidi, editiones, excepta Vrſini, qui haec ita edidit:

Πόρτιος. ἐς καλλίστην δ' ἑπταπόρῳ πάρα Νείλῳ,
Ἐκ βοὸς εὐκεράοιο πάλιν μετάμειβε γυναῖκα.

Non improbanda lectione: ſed qua auctoritate freta ſit, neſcio. Ceterum hoc idyllium in iſta editione multum a vulgatis differt. *Heskin.* Vrſini lectio, quae a Calliergo venit, (vide V.L.) etiam Schwebelio haud omnino diſplicet. Quum enim, ait, Iouis precibus, Io priſtina forma, quae omnino fuit praeſtantiſſima, a Iunone eſſet reſtituta: merito dicitur eadem in *pulcherrimam mulierem* denuo transmutatam fuiſſe. Interim vulgatam lectionem retinet probatque. At priſtina illa lectio iure viſum eſt Pierſonio monſtrum, quoniam Io in vaccam, non in vitulam marinam ſiue phocam mutata fuit. Io, Inachi proles, iuuencae formam induta, vocatur Ἰναχίη βοῦς, πόρτις, δαμάλη. Pluribus vtriusque linguae auctorum exemplis docte ſuam comprobat correctionem Pierſonius. — De *Nilo* v. Pompon. Melam I. Cap. 9. ibique interpretes in exemplo Gronouiano, et Iablonsky Pantheon Aegypt.

55. *ϛεφάνην*) ornate, coronam pro *ora* ſiue *circuitu* calathi. v. indicem Anthol. gr. h. v. et Paſchalium de Coronis I. Cap. 2.

57. compara cum hoc verſu Heraclitum de Incredibil. 37. pag 81. in Gale Opuſculis mytholog. de *Panopte*: *τοῦτον πάντα*, inquit, *βυλόμενον ἀκύειν, καὶ ὁρᾷν, ἐν παντὶ τῷ σώματι ὀφθαλμὺς ἔχειν ἐπλάσαντο· ὅθεν ἔτι καὶ νῦν τὺς τοιύτυς Πανόπτας καλῦμεν.*

62 · 71. *Αἱ δ' ἐπεὶ ὖν λειμῶνας — — διέπρεπεν Ἀφρογένεια*) Proſerpinae flores cum comitibus legenti apud Claudianum de Rapt. Lib. II, 118. non diſſimilis deſcriptio:

Huc elapſa cohors gaudent per florea rura.
Hortatur Cytherea, legant: nunc ite, ſorores,
Dum matutinis praeſudat ſolibus aër;
Dum meus humeſtat flauentes Lucifer agros,
Roranti praeueſtus equo. Sic fata doloris
Carpit ſigna ſui. Varios tum cetera ſaltus
Inuaſere cohors. —
Pratorum ſpoliatur honos: haec lilia fuſcis
Intexit violis; hanc mollis amaracus ornat,
Haec graditur ſtellata roſis; haec alba liguſtris.
Te quoque, flebilibus moerens, Hyacinthe, figuris,
Narciſſumque metunt, nunc inclita germina veris,
Praeſtantes olim pueros. —
Aeſtuat ante alias auido feruore legendi
Frugiferae ſpes vna deae: nunc vimine texto
Ridentes calathos ſpoliis agreſtibus implet:
Nunc ſociat flores ſeſeque ignara coronat;
Augurium fatale tori! —

Ouid. Lib. V. Metamorph. fab. 6. de eadem Proſerpina:

— dum

— — dum Proſerpina luco
Ludit, et aut violas, aut candida lilia carpit;
Dumque puellari ſtudio calathosque, ſinumque
Implet, et aequales certat ſuperare legendo;
Paene ſimul viſa eſt, dilectaque raptaque Diti.

Horatius ex Moſcho de Europa Lib. III. od. 27.

Nuper in pratis ſtudioſa florum, et
Debitae Nymphis opifex coronae,
Nocte ſublustri, nihil aſtra praeter
Vidit et vndas.

HESKIN.

68 - 70. ἔθειρην) proprie, *comam*, *caeſariem*; metaphorice, *folium*. — δρέπτον. Schol. ad Theocr. XI, 27. κυρίως ἐπὶ βωτανῶν καὶ ἐπὶ φύλλων δένδρων. καὶ λέγεται ἀεὶ παθητηκῶς. — σημαίνει δὲ τὸ τέμνειν. Pluribus expoſui hos verſus in Anthol. gr. poet.

71. χαρίτεσσιν) Gratiae Veneris ſociae comitesque habebantur, v. Horat. I. od. 4. 8. ſqq. et I. od. 30. 6. ibique Iani.

71. μίτρην) vide ad Theocrit. XXVII, 54. Warton aliosque, Schwebel ad h. l. et notam in Anthol. pr. poet.

74 ὥς μιν φράσαθ' —) Theocrit. in Pharmaceut. v. 83. (vbi plura notaui *H.*)

Ὡς ἴδον, ὣς ἐμάνην, ὥς μευ περὶ θυμὸς ἰάφθη
Δειλαίας —

Vt vidi, vt inſaniui. vt animus mihi male adfectus aſt
Miſerae.

Idyll. III, 42.

Ὡς

Ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη, ὡς ἐς βαθὺν ἅλλετ' ἔρωτα

Vt vidit, vt inſaniuit, vt in profundum inſiluit amorem.

Quem non minore elegantia imitatus eſt Virgilius Ecl. VIII, 42.

Vt vidi, vt perii, vt me malus abſtulit error.

Pulcre de ſubito amoris fulmine Menophilus Damaſcenus:

Οἷον ἄελπτον, ἄπιςον ἐμὸν νόον ἥρπασε φάσμα;

Quale inexpectatum, incredibile meam mentem corrupit ſpectaculum?

Heskin. adde ad Bion. I, 40. notata.

Ibid) Moſchum imitatus eſt Ouidius Metam. Lib. II. fab. vlt.

— Sceptri grauitate relicta
Ille pater, rectorque deum, cui dextra triſulcis
Ignibus armatur, qui nutu concutit orbem;
Induitur tauri faciem, mixtusque iuuencis.
Mugit, et in teneris formoſus obambulat herbis.
Quippe color niuis eſt; quam nec veſtigia duri
Calcauere pedis, nec, ſoluit aquaticus Auſter:
Colla toris extant; ſed quae contendere poſſes
Facta manu, puraque magis pellucida gemma.
Nullae in fronte minae, nec formidabile lumen;
Pacem vultus habet: miratur Agenore nata,
Quod tam formoſus, quod proelia nulla minetur.
Sed, quamuis mitem, metuit contingere primo;
Mox adit, et flores ad candida porrigit ora.
Gaudet amans: et dum veniat ſperata voluptas,
Oſcula dat manibus. Vix, ah! vix cetera differt.
Et tunc adludit, viridique exultat in herba:
Nunc latus in fuluis niueum deponit arenis.

Paul-

Paullatimque metu demto, modo pectora praebet
Virginea tractanda manu, modo cornua ſertis
Impedienda nouis. —

Heſkin. Praeſtat Ouidius, quamuis ingenii luxuries facile agnoſcatur. Pluribus contuli vtrumque poetam in commentatione.

75. *ἀνωΐσσοισιν — δαμάσσαι)* Non eſt otioſa machina, quae olim mihi videbatur; ſed actio et formula poetica. Veneris potentia ſatis celebrata eſt a poetis et notiſſima.

79. *κρύψε θεὸν*) Miror, hanc loquutionem *κρύψε θεὸν* doctiſſimo Iſaaco Caſaubono vmquam diſplicuiſſe: quum ſit non vulgaris elegantiae. Poſtea tamen errorem ſuum confeſſus eſt: et receptam lectionem exemplo Ouidii, apud quem *diſſimulare deum* non ſemel occurrit, et Caſſiodori, qui dixit *celare hominem* confirmauit. *Heſkin.* At verſus hic redolet argutiam fere ſophiſticam,. vt Hemſterhuſius ad Luciani dial. mar. XV. pag. 325. iam bene monuit. Formulam *κρύψε θεὸν* acute quidem poſt Caſaubonum tuitus eſt Heskin: at neſcio tamen, qui fiat, vt illa mihi hic diſpliceat: vide V.L. Coniecturam vero *θέαν* ſuadent aut reddunt probabiliorem ea, quae Iupiter ipſe infra verſ. 152. et 159. de poteſtate ſuae formae mutandae profitetur. *Κρύψε θέαν* idem eſſet, ac illud Bionis ſupra VII. 7. *ἐψεύσατο μορφάν.* In Anthologia gr. ad h l. quoque conieceram *κλέψε θέαν*, ſenſu quidem eodem; at maiore ornatu poetico: quam formulam illuſtrauit Doruille ad Charit. pag 506. ſic *ἔκλεψε νόον* apud Homerum Iliad. XIV, 217. Achilles Tat. VI. pag. 359. *καὶ κλέπτει τὸ πρόσωπον τῷ πέπλῳ.* Atque in libris

per-

permutari ſolent κρύπτειν et κλέπτειν. v. Muſaeum v. 194. ibique Schrader pag. 62. Pari modo Alexander apud Plutarch. fol. 683. ὐ κλέπτω τὴν νίκην *dolo non paro victoriam*, et Arrian. III. pag. 176. de eodem, αἶσχρον εἶναι κλέψαι τὴν νίκην.

84 - 88. τῶ δ' ἤτοι — — σελήνης) Horat. Carm. Lib. IV. od. 2. v. 53.

Te decem tauri, totidemque vaccae,
Me tener ſoluet vitulus relicta
Matre, qui largis iuueneſcit herbis,
In mea vota.
Fronte curuatos imitatus ignes
Tertium lunae referentis ortum,
Qua notam duxit, niueus videri;
Cetera fuluus.

Vt Horatius Moſchum; ſic Moſchus forte Homerum Iliad. ψ. 453. imitatus eſt,

— Φράσσατ' δ' ἵππον ἀριπρεπέα·προὔχοντα,
Ὃς τὸ μὲν ἄλλο τόσον φοίνιξ ἦν, ἐν δὲ μετώπῳ
Λευκὸν σῆμ' ἐτέτυκτο περίτροχον, ἠΰτε μήνη.
— *vidit equum notabilem praeeuntem,*
Qui quidem cetera toto corpore ſpadix erat, at in fronte
Alba macula erat rotundo, tamquam luna.

HESKIN.

86. Ὅσσε δ' ὑπογλαύσεσκε) Legendum ὑπογλαύσεσκε, non ὑπογλαύεσκε. Nam γλαύσειν et ὑπογλαύσειν dicitur. Callim. (H. in Dian 53.)

Φάεα μουνόγληνα σάκει ἶσα τετραβοείῳ
Δεινὸν ὑπογλαύσσοντα.

Apol-

Apollon. Lib. I. (v. 1281.) διαγλάυσσι δ' ἀταρποί. Heſychius, γλάυσει, λάμπει; φάινει. Iſaacus Caſaubon. Lect. Theocr. Cap. vlt. Callimachi ſcholiaſtes in locum citat: ὑπογλάυσοντα, ὑπολάμποντα. Apollonii Rhodii ſchol. in loc. citat. τὸ γλαυκὸν καὶ χαροπὸν συνωνύμως λέγεται. ἀμφοτέρα γὰρ ἐπὶ τῦ λαμπρῦ. δι' ὃ καὶ ἐπήνεγκεν διαγλάυσσιν, ἀντὶ τῦ φωτίζυσιν, ἢ διαλάμπυσιν — γλάυσειν, ὅ ἐςι λάμπειν. *Heſkin.*

88. ἄντυγος) ἄντυξ h. l. proprie; eſt vero extrema pars rotae. Homer. Iliad. Λ. 534. ſq.

— αἵματι δ' ἄξων
Νέρθεν ἅπας πεπάλακτο, καὶ ἄντυγες
αἱ περὶ δίφρον.

— *Sanguine autem axis*
Subtus totus foedabatur, et ambitus
qui erant circa ſellam - currus.

Dein ſumitur pro *curru*, vt Theocr. II, 166. vbi vide notam.

91. ἐκάινυτο) Heſych. καίνυσθαι· νικᾶν, vbi v. Alberti. καίνυται. νικᾷ, προφέρει.

95. 96. Contra πρέπον et probabilitatem peccare mihi videtur poeta.

97. Ἀυτὰρ ὁ μειλίχιον —) Nonnus Dionyſ. I.

Σιδονίης ποτὲ ταῦρος ἐπ' ἠόνος ὑψικέρως Ζεὺς
Ἱμερόεν μύκημα νόθῳ μυκήσατο λαιμῷ
Sidonio cum taurus in littore altis cornibus Iupiter
Amabilem mugitum falſo emugiit gutture.

HESKIN.

De voc. ἀυλὸς v. ad Bion. III, 7. Tibiae autem Phrygiae ſeu Berecynthiae erant curuae, et ſonum ede-

 bant,

bant grauiorem, veteribusque celebratae. v. Schwebel. Virgil. IX Aen 618. ibique Seruium; Tibull. II, 1. 86. ibique Brouckhus.

101. *βαθυπλοκ.*) h. e. quae crines apte collegerunt et vinxerunt. vide notam in Anthol. gr.

107 *ἀμφιθέει*) eleganter venuſteque dicitur ad motum ardoremque animi apte indicandum.

109. *Αἱ δ' ἄλλαι μέλλεσκον*) Henr. Stephanus, (quem ſequuntur vulgatae editiones) vertit: *ceterae vero adſcenſurae erant.* Ego malim cum B. Vulcanio interpretari, *ceterae vero tunctabantur. Heskin.*

114. Νηρεΐδες δ' *ἀνέδυσαν — — ἐσιχόωντο*) Similis fere deſcriptio apud Virgil. Aen. V, 817. (vbi v. Heyne).

Iungit equos genitor, ſpumantiaque addit
Fraena feris, manibusque omnes effundit habenas.
Caeruleo per ſumma leuis volat aequora curru:
Subſidunt vndae, tumidumque ſub axe tonanti
Sternitur aequor aquis: fugiunt vaſto aequore nimbi.
Tum variae comitum facies: immania cete,
Et ſenior Glauci chorus, Inousque Palaemon,
Tritonesque citi, Phorcique exercitus omnis.
Laeua tenent Thetis, et Melite, Panopeaque virgo,
Neſaee, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque.

Statius Achilleid. Lib. I. verſ. 52. de Neptuno:

— — Oceano veniebat ab hoſpite, menſis
Laetus, et aequoreo diffuſus nectare vultus,
Vnde hiemes, ventique ſilent, cantuque quieto
Armigeri Tritones eunt, ſcopuloſaque cete,
Tyrrhenique greges, circumque, infraque rotantur
Rege ſalutato.

Clau-

Claudian: de nuptiis Honorii et Mariae v. 153. ita Veneris mari veƈtae comitatum deſcribit.

Proſequitur volucrum late comitatus amorum,
Tranquillumque choris quatitur mare: ſerta
Neptuni diſperſa domum: Cadmeïa ludit
Leucotheë frenatque roſis delphina Palaemon,
Alternas violis Nereus interſerit algas.
Canitiem Glaucus ligat immortalibus herbis.
Nec non et varii veƈtae Nereides ibant,
Audito rumore, feris: hanc piſce volutam
Subleuat, oceani monſtrum, Tarteſſia nigris:
Hanc timor Aegaei rupturus fronte carinas
Trux aries: haec caerulea ſuſpenſa leaena,
Innatat: haec viridem trahitur complexa iuuencum.

Vides, quo modo tres ſummi Latinorum poetae hanc materiem poſt Moſchum diuerſis *φανταςίαις* ornauerint. Tantum reſtat, vt elegantiſſimi graeci poetae, qui Moſcho praeceſſit, de argumento ſimili luſum adponamus. Anacreontem volo, qui ſic Veneris naſcentis comites deſcribit:

Ὑπὲρ ἁλμυρῷ δ' ὀχεῦνται,
Ἐπὶ δελφῖσιν χορευταῖς,
Δολεροὶ νόον, μέτωπον
Ἔρως, Ἵμερος γελῶντες·
Χόρος ἰχθύων τε κύρτος,
Ἐπὶ κυμάτων κυβιςῶν,
Παφίης ἐς ὄμμα παίζει.
Ἵνα νήχεται γελῶσα,
Super aequore vehuntur,
Super delphinibus ſaltantibus,
Doloſi mentem, frontem
Amor, Himerus ridentes.

Chorusque piſcium pandus
Super fluctibus vrinans,
Paphiae ob oculos ludit,
Quocunque natat ridens.

Ita enim totum hunc locum, qui corruptiſſimus eſt in prima Stephani editione, partim ex propriis, partim ex aliorum coniecturis emendari poſſe cenſeo. *Heskin.* In exemplo Baxteri ac Fiſcheri, quos vide, eſt od. LI. in Brunckii autem editione carm. L. In vtraque recenſione valde diſcrepant lectiones: de quibus quidem iudicandi hic non locus eſt. Moſchi vero verſus hosce praeclaros contuli in Anthologia cum monimentis apud Montfaucon, et cum Luciani Dialogo marino Zephyri et Noti, dial. XV. pag. 326. Tom. I.

118. — *τοὶ δ' ἀμφί μιν — μέλος ἠπύοντες*) Nonnus Lib. I.

Τρίτων δ' ἠπεροπῆα Διὸς μυκηθμὸν ἀκούων,
Ἀντίτυπον Κρονίωνι μέλος μυκήσατο κόχλῳ
Ἀείδων ὑμέναιον.

Triton vero fallacem Iouis mugitum audiens,
Ex aduerſo reſpondens Ioui carmen mugiebat concha
Canens hymenaeum.

HESKIN.

121. *ἡ δ' ἄῤ ἐφεζομένη*) Ouid. Metam. II. fab. vltima haec ita imitatur:

— Pauet haec, litusque ablata relictum
Reſpicit, et dextra cornu tenet, altera dorſo
Impoſita eſt: tenues ſinuantur flamine veſtes.

HESKIN.

123. *ὄφρα μὴ ἄην Δένοι* —) F. Vrſini editio habet. *ὄφρα κενηῶν* * *ἐνδέυη ἐλκόμενον* — Vulgatae emendatius legunt,

legunt, ὄφρα κεν ὤην ἐφελκομένην, niſi quod Vulcanii habet ἐφελκομένον. Ipſe ſequutus ſum correctionem Aurati, probante Iſaaco Caſaubono. *Heskin.* Atque Caſaubonus, "ὤη eſt, inquit, *veſtimenti ora*, quae eſt λέγνη, et λῶμα, et πέζα et ὄχθοιβος dicitur. — Nam etſi ὤας proprie adpellabant ſegmenta ex pelle ouina, quae ſoliti veteres ſuis veſtibus adſuere, ne orae ſolum ſtringentes tererentur, tamen et de aliis dicitur." Heſych. Ὦίαι· ἄκραι, ἔσχατα, μηλωταὶ, λάγναι aut potius, vt Salmaſium correxit λέγναι.

127 - 129. Ἡ δ' ὅτε δὴ — ἀπείρων) Virgil. Aen. III, 192.

> Poſtquam altum tenuere rates, nec iam amplius vllae
> Adparent terrae; coelum vndique et vndique pontus.

Lucret. IV, 435.

> Quippe vbi nil aliud, niſi aquam coelumque tuentur.

Omnes ex Homerico fonte ſumſerunt, Odyſſ. XII, 403.

> Ἀλλ' ὅτε δὴ τὴν νῆσον ἐλείπομεν, οὐδέ τις ἄλλη
> Φαίνετο γαιάων, ἀλλ' οὐρανὸς, ἠδὲ θάλασσα.
> *Sed quum iam inſulam deſeruimus, nec iam amplius aliqua*
> *Adparebat terrarum, ſed coelum atque mare.*

Ceterum hunc Moſchi locum reſpexit Flaccus Lib. III. od 27.

> Sic et Europae niueum doloſo
> Credit tauro latus, et ſcatentem
> Belluis pontum, mediasque fraudes
> Palluit audax,
> Nuper in pratis ſtudioſa florum, et
> Debitae nymphis opifex coronae,
> Nocte ſublustri, *nihil aſtra praeter vidit et vndas,*

HESKIN.

 131. πῶς

131. πρῶς κέλευθον — διέρχεαι) Hanc Europae orationem imitatus eſt Nonnus Dionyſ. Lib. I. vbi nautam Iouem tauri ſub forma nauigantem cum ſtupore adſpicientem inducit:

> Ὀφθαλμοὶ, τί τὸ θαῦμα; πόθεν ποσὶ κύματα τέμνων
> Νήχεται ἀτρυγέτοιο δι' ὕδατος ἀγρόνομος βῦς;
> Μὴ πλωτὴν Κρονίδης τελέει χθόνα, μὴ διὰ πόντε
> Ὑγρὸς ἁλιβρέκτοιο χαράσσεται ὁλκὸς ἁμάξης.
> *O oculi, quale hoc miraculum? Quomodo pedibus fluctus ſecans*
> *Natat infructuoſam per aquam in agris paſtus bos?*
> *Non nauigabilem Iupiter facit terram, non per pontum,*
> *Humidus a mari irrigatus* ſignatur tractus currus.

HESKIN.

136. ἦ ῥά τις θεός;) F. Vrſini, et B. Vulcanii editiones haec ſine interrogatione legunt, quod multum elegantiae et viribus ſententiae detrahit. *Heſkin.*

138. κατὰ πόντον Ἄβροχος αἴσσεις) Nonnus Libr. VIII.

> — — ποθοβλήτοιο δὲ ταύρε
> Ἄβροχος ἀκροτάτοιο δι' ὕδατος ἔτρεχε χηλή.
> — — *ab amore vulnerati autem*
> *Immadefacta ſummam per aquam cucurrit vngula.*

HESKIN.

poetice quidem dictum eſt ἔτρεχε χηλή· at grauius et ornatius eſt Moſchi ἄβροχος αἴσσεις. maior enim eo deſcribitur celeritas. Homer. Il. Δ. 78. ἤϊξεν ἐπὶ χθόνα

να Πάλλας Ἀθήνη. idem Iliad. Φ. 254. *αἰετοῦ εἰκὼς ἤϊξεν.* Eſt vero verbum Homero frequens. v. Dammii Lex. Gr. col 183 qui quoque animaduertit, id verbum proprie notare rem, quae moto aëre per impetum ſuum, ſonum quaſi aeris efficiat; immo potius, qui cum anhelitu properet; dein in genere, *irruere.* Sic Latini *ruere* infinitis locis cum vi quadam vſurpant: id quod Burmann ad Valer. Flacc. e. g. I. 274. 616. et aliis locis late docuit. adde eumdem Burm. ad Phaedri Fab Lib. V. fab. I. v. 3.

139. *χηλαὶ δέ τοι εἴσιν ἐρετμά).* Imitatus eſt Seneca in Hippolyto v. 299.

Induit formas quoties minores
Ipſe, qui coelum, nebulasque ducit?
Fronte nunc torua petulans iuuencus
Virginum ſtrauit ſua terga ludo,
Perque fraternos, noua regna, fluctus,
Vngula lentos imitante remos,
Pectore aduerſo domuit profundum,
Pro ſua vector timidus rapina.

Oppianus de ceruis Lib. II. Cyneget. v. 230.

Ποσσὶ μὲν οἷα πλάταισιν ἐρέσσουσιν μέλαν ὕδωρ,
Ὕψι δ' ἀνίσχονται κεράων πολυήρατον εἶδος,
Οἷά τε λαίφεα νηὸς ἐπιτρέψαντες ἀήταις.
Pedibus quidem velut remis verrunt nigram aquam,
Alte vero extollunt cornuum amabilem formam,
Tamquam vela nauium permittentes ſlatibus.

HESKIN.

142. *Οἴ μοι ἐγώ)* Huc reſpexit Flaccus Carm. Lib. III. od. 27. v. 34.

— Pater! o! reliſtum o
Filiae nomen pietasque, dixit
Viſta furore.
Vnde? quo veni? HESKIN.

145. μεδέων) *rex, dominus.* Sic Iupiter apud Homerum ſaepe dicitur μεδέων. A Callimacho H. in Iou. 86. Ptolemaeus vocatur μεδέων. Plura vide in Obſeruatt. miſcell. I. pag. 126. Warton. ad Theocr. XVII, 23.

148. Ουκ ἀθεεὶ γὰρ) Vſitata loquutio: Homer. Il. V, 185. οὐκ ὅγε ἄνευθε θεῦ τάδε μαίνεται. — — Non haec ſine numine Diuum eueniunt. Virg. Aen. II, 777. — Non ſine Dis animoſus infans. Hor. III, 4. 20 ὦ θεῶν ἄτερ. Pindar. Pyth. V. Antiſtr. 3. *Heskin.*

158 - 160. φαίνετο μέν δὴ — Λῦσε δὲ οἱ μίτρην) Ouid. ſupra citat.

Iamque deus, poſita fallacis imagine tauri,
Se confeſſus erat, Diſtaeaque rura tenebat,

Nonnus Lib. I.

— Κρονίδης δὲ λιπὼν ταυρώπιδα μορφὴν,
Εἴκελος ἠιθέῳ περιδέδρομεν ἄζυγα κούρην
Καὶ μελέων ἔψαυσεν· ἀπὸ στέρνοιο δὲ νύμφης
Μίτρην πρῶτον ἔλυσε περίτροχον. —

— *Saturnius vero linquens tauriformem faciem,*
Similis iuueni currebat circa innuptam puellam
Et membra attreſtauit, ex peſtore vero nymphae
Cingulum primo reſoluit circumdans. —

Heskin. Formulam iſtam, *ſoluere zonam*, quae faſtas nuptias indicat, tam honeſtam et verecundam, quam vſi-

vſitatam crebramque vberius illuſtrant Schrader ad Muſaeum p. 340. et Hindenburg in ſpecimine Animaduerſionum ad Muſaeum, (Lipſiae 1763.) pag. 8. ſeqq.

160. *Horae* apte morateque lectum paraſſe dicuntur. Omnibus enim rebus putabantur gratiam et venuſtatem parare. v. Theocr. I, 150. ibique notam, et Valcken. ad Theocr. XV, 105. tum *Horae* Ioui, domino temporum et fatorum, (Pauſan I, 40.) aliisque diis addebantur. e g. in throno Amyclaei, Pauſan. III. Cap. 18. 19. in Iouis throno, Pauſan. V, 11. pag. 402. v. cel. Heyne Sammlung antiquariſcher Auffätze P. I. pag. 9.

161. – νύμφη) Horat. III. od. 27.

Vxor inuicti Iouis eſſe neſcis?

Vterque honeſto nomine vſus eſt. *Heskin.* Κόρη h. l. *virgo*, et νύμφη *vxor*. videſis notam in Antholog. gr. poet. ad h. l. Dorville ad Charit. pag. 572. ſeq.

ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ ΒΙΩΝΟΣ

Βουκόλου Ἐρωτικοῦ.

Εἰδύλλιον γ' *).

Αἰλινά μοι στοναχεῖτε νάπαι, καὶ Δώριον ὕδωρ,
Καὶ ποταμοὶ κλαίοιτε τὸν ἱμερόεντα Βίωνα.
Νῦν φυτά μοι μύρεσθε, καὶ ἄλσεα νῦν γοάοισθε.
Ἄνθεα νῦν στυγνοῖσιν ἀποπνείοιτε κορύμβοις·
Νῦν ῥόδα φοινίσσεσθε τὰ πένθιμα, νῦν ἀνεμώνα·
Νῦν Ὑάκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα, καὶ πλέον,
αἶ, αἶ,
Βάμβαλε σοῖς πετάλοισι· καλὸς τέθνακε μελικτάς.

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Ἀδόνες, αἱ πυκινοῖσιν ὀδυρόμεναι ποτὶ φύλλοις,
Νάμασι τοῖς Σικελοῖς ἀγγείλατε τᾶς Ἀρεθοίσας,
Ὅττι Βίων τέθνακεν ὁ βωκόλος, ὅττι σὺν αὐτῷ
Καὶ τὸ μέλος τέθνακε, καὶ ὤλετο Δωρὶς ἀοιδά.

Ἀρχε-

*) In Brunckii Analectis eſt Idyll. I. in Schwebelii vero editione Idyll. IV. Valckenarius et Brunck. in emendando hoc carmine diligentiſſime verſati ſunt. vide not. 3. φοιτὰ Callierg. — γοάοισθε ab Aldo venit in edd. Stephani et reliquorum. Ab Callierg. vero γοάοιτε, quod retinuit Vrſinus, (quem aliquoties deprehendi Calliergi veſtigia preſſiſſe) et reddidit Brunck. parum vero referre, quamcunque ampleċtaris lectionem, ait Valcken. 5. Scribi quoque potuit νῦν

EPITAPHIVM BIONIS

BVBVLICI AMATORIS

IDYLLIVM III

Lugubriter mihi ingemiſcite ſaltus, et Dorica vnda,
Et fluuii deflete amabilem Bionem.
Nunc plantae mihi lugete, et nemora nunc plorate:
Nunc flores triſtibus odorem emittite corymbis:
Nunc roſae rubere lugubriter, nunc Anemone:
Nunc Hyacinthe litteras tuas loquere, et amplius (*ſolito*) heu, heu,
Accipe tuis foliis, praeclarus obiit poëta.
Incipite Siculae luctum, incipite Muſae.
Luſciniae, quae denſis lugetis in foliis,
Nunciate Siculis vndis Arethuſae,
Quod paſtor Bion obiit, quodque vna cum ipſo
Et carmen interiit, periitque Dorica Muſa.

Inci-

ἀνεμώναι, ait Valck. 7. Βάμβαλε emendauit Valck. quem cum Brunckio ſequi non dubitaui. Λάμβανε vulgo. vide notam. — mox τέθνηκε, et verſ. 10. (vti quoque Steph. et Schwebel.) τῆς Ἀρεθούσης, atque verſ. 11. τέθνηκεν Callierg. qui in dialecto valde inconſtans eſt. 10. τᾶς Ἀρεθούσας Winterton. Heskin. Ἀρεθοίσας Brunck. et Valck. in edit. ſic quoque ſcribitur apud Theocr. I, 117. XVI, 102.

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Στρυμόνιοι μύρεσθε παρ' ὕδασιν αἴλινα κύκνοι,
Καὶ γοεροῖς στομάτεσσι μελίσδετε πένθιμον ᾠδὰν,
Οἵαν ὑμετέροις ποτὲ χείλεσι γῆρυν ἄειδεν.
Εἴπατε δ' αὖ κώραις Ὀιαγρίσιν, εἴπατε πάσαις
Βιστονίαις Νύμφαισιν, Ἀπώλετο Δώριος Ὀρφεύς.

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Κεῖνος ὁ ταῖς ἀγέλαισιν ἐράσμιος οὐκέτι μέλπει,
Οὐκέτ' ἐρημαίῃσιν ὑπὸ δρυσὶν ἥμενος ᾄδει·
Ἀλλὰ παρὰ Πλουτῆϊ μέλος ληθαῖον ἀείδει.
Ὤρεα δ' ἐστὶν ἄφωνα, καὶ αἱ βόες, αἱ ποτὶ ταύροις
Πλαζόμεναι, γοάοντι, καὶ οὐκ ἐθέλοντι νέμεσθαι.

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Σεῖο, Βίων, ἔκλαυσε ταχὺν μόρον αὐτὸς Ἀπόλλων,
Καὶ Σάτυροι μύροντο, μελαγχλαινοί τε Πρίηποι·
Καὶ Πᾶνες στοναχεῦντι τὸ σὸν μέλος· αἵ τε καθ' ὕλαν
Κρανίδες ὠδύραντο, καὶ ὕδατα δάκρυα γέντο.

Ἀχὼ

14. elegans eſt Valckenarii coniectura Στρυμονίοις — ὕδασι. 16. Heskinus hunc verſum ſpurium eſſe ſuſpicatur, eumque vt adulterinum prorſus omiſit Brunck. Ego vero ſubſcribere malim iudicio Valckenarii, verſum nobis Moſchi periiſſe, qui ſextum hunc decimum olim ſequebatur, quo Orphei facta fuerit mentio. Aldus apud Schwebelium hunc verſum ſic edidit. οἷαν ἐν ἡμετέροις ποτὶ χείλεσι γῆρυς ἀείδεν. 17. κώραις Valck. Br. vt 126. eſt pro vulgato κούραις. 20. τεῖνος ὁ παῖς Br.

Incipite Siculae luctum, incipite Muſae.
Strymonii cycni miſerabiliter lugete apud vndas,
Et gemebundo ore canite lugubre carmen,
Quali voce (*Bion*) olim veſtris labris cecinit.
Dicite autem puellis Oeagriis, dicite omnibus
Biſtoniis nymphis: Periit Doricus Orpheus.
Incipite Siculae luctum, incipite Muſae.
Ille armentis carus non amplius canit,
Non amplius ſolitariis ſub quercubus recubans cantat:
Verum apud Plutonem carmen Lethaeum canit.
Montes autem ſunt, muti, et vaccae, quae apud tauros
Vagantur, plorant, et non volunt paſci.
Incipite Siculae luctum, incipite Muſae.
Tuum, o Bion, defleuit ſubitum interitum ipſe Apollo,
Et Satyri lugebant, atque atris veſtibus induti Priapi:
Et Panes cum gemitu requirunt tuum carmen: et per ſiluam
Fontium nymphae plorant, et lacrimae fiunt vndae.
Echo

21. ἐρημαίαισιν Winterton. Brunck. Heskin, vt vulgatur v. 64. ἐρημαίῃσιν Callierg. Stephan. Schwebel, Valcken. 24. πλασδόμεναι Brunck et Valck. mox οὐκέτι λῶντι pro οὐκ ἐθέλοντι dedit Brunck. forſan loco Theocriteo ductus, vide notam. in antiquiore poeta dorico illam praeferrem lectionem. 29 Lectio non ſana eſſe videtur Valckenario, nam, quid velit, inquit, poeta, ſatis liquet: ſed ſententiam ille ſuam, vt opinor, aliis verbis expreſſerat.

Ἀχὼ δ' ἐν πέτρῃσιν ὀδύρεται, ὅττι σιωπῇ,
Κοὐχ ἔτι μιμεῖται τὰ σὰ χείλεα· σῷ δ' ἐπ' ὀλέθρῳ
Δένδρεα καρπὸν ἔριψε, τὰ δ' ἄνθεα πάντ' ἐμαράνθη·
Μάλων οὐκ ἔῤῥευσε καλὸν γλάγος, οὐ μέλι σίμβλων·
Κάτθανε δ' ἐν καρῷ λυπεύμενον· οὐκέτι γὰρ δεῖ,
Τῶ μέλιτος τῶ σῶ τεθνακότος αὐτὸ τρυγᾶσθαι.

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Ου τόσον εἰναλίαισι παρ' ἠόσι μύρατο δελφὶν,
Ουδὲ τόσον πόκ' ἄεισεν ἐνὶ σκοπέλοισιν ἀηδὼν,
Ουδὲ τόσον θρήνησεν ἀν' ὤρεα μακρὰ χελιδὼν,
Ἀλκυόνος δ' οὐ τόσσον ἐπ' ἄλγεσιν ἴαχε Κήϋξ.

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Ουδὲ τόσον γλαυκοῖς ἔνι κύμασι Κηρύλος ᾆδεν,
Ου τόσον ἠῴοισιν ἐν ἄγκεσι παῖδα τὸν Ἀοῦς,

Ἱπτά-

30. σιωπῆς Valck. σιωπῆς Brunck, eamque veram, ſaltem grauiorem eſſe iudico lectionem: meae quidem editiones conſentiunt in vulgata, σιωπῇ. at Valcken. in animadu. poſt Vrſini collationem pag. 85. σιωπῆς corrigit, quia mortui, ait, Bionis vocem non poſſet amplius imitari, id circo lugebat Echo. 34. κάτθανε δ' ἐν καρῷ ex codd. Vindob. reddidi cum Valcken. vulgo κάτθανεν ἐν κηρῷ, Brunck, tamen iam dedit καρῷ. 35. αὐτὸ τρυγᾶσθαι ex codd. Vrſin. et Pariſ. atque editione Aldina repoſui cum Brunck. ac Valck. in

Echo vero in rupibus luget, quod taceat,
Neque amplius labra tua imitetur; in tuo autem interitu
Arbores fructus ſuos abiecerunt, et flores omnes marcidi facti ſunt.
Ouibus non fluxit pulchrum lac, non mel ex aluearibus
Periit in cera, dolore tabefactum; non enim opus eſt,
Melle tuo extincto, illud carpere.
Incipite Siculae luctum, incipite Muſae.
Non adeo in littore marino luxit delphin,
Neque adeo cecinit vnquam in rupibus luſcinia,
Nec tanto cum luctu queſta eſt altis in montibus hirundo,
Neque Halcyonis propter moerores adeo clamabat Ceyx.
Incipite Siculae luctum, incipite Muſae.
Nec Cerylus adeo cecinit in mari coeruleo,
Nec in vallibus orientis filium Aurorae

Quan-

huius edit. Bucol. pro vulgato, ἄλλο τρυγ. 37. ᾀόσι Valck et Brunck. quod quidem pluribus placebit: nam verſ. 129. vulgatur ᾀόσι. 40. ἴαχε κήυξ coniectura adſequutus erat quondam Valckenarius, quod Dorville Animadu. ad Charit. pag. 252. in duobus reperit codd. et Villoiſonus in vno Pariſino; eumque ſequutus eſt Brunck. vulgo ἴσχετο κήυξ, pro vltimo voc. in cod. Pariſ. eſt κήρυξ. 41. Hunc verſum intercalarem omiſit Brunck. et recte, opinatur Valck. qui eum tamquam ſpurium vncis incluſit. 43. ᾀώοισιν Valck.

Ἰπτάμενος περὶ σᾶμα, κινύρατο Μέμνονος ὄρνις,
Ὅσσον ἀποφθιμένοιο κατωδύραντο Βίωνος.

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Ἀδονίδες, πᾶσαί τε χελιδόνες, ἅς πόκ' ἔτερπεν,
Ἃς λαλέειν ἐδίδασκε, καθεσδόμεναι ποτὶ πρέμνοις
Ἀντίον ἀλλήλαισιν ἐκάκυον, αἱ δ' ὑποφάνευν
Ὄρνιθες. Λυπεῖσθε Πελειάδες ἀλλὰ καὶ ὑμεῖς.

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Τίς ποτὶ σᾷ σύριγγι μελίξεται, ὦ τριπόθατε;

Τίς

Brunck. at hoc Brunckio ſuſpectum quoque eſſe videtur, quod diuerſimode in codicibus ſcriptum. In Caeſareo codice reperitur παῖδα τὸν Ἀοῦς: qui genitiui flexus quum in Bucolicis noſtris nondum comparuiſſet, et tamen rarior ſit, quam vt librario imputari poſſit; ab antiquo codice deriuatam eſſe Br. putat illam lectionem. Tum quod ad Troiam occiſus eſt et ſepultus Memnon, non dubitat, quin ſcripſerit poeta: ὐ τόσον Ἰδαίοισιν ἐν ἄγκεσι παῖδα τὸν Ἀοῦς. atque ἄγκος de monte ſemper dicitur: denique prouocat ad paraphraſin poematis deperditi Dionyſii de Aucupio I, 6. οἰωνοῖσι ed. Ald. οἰωνοῖσι ἐν ἄλγεσι cod. Pariſ. vitioſe. Acuta et ornatui poetico aptior eſt Brunckii coniectura, at audaciorem illam eſſe fateor, quam vt veram eſſe exiſtimem. 48. καθεσδόμεναι δ' ἐπὶ πρέμνοις Valck. ad Vrſinum. in editione autem bucolicorum reſtituit genuinum, ex cod Caeſareo oblatum a Brunckio καθεσδόμεναι ποτὶ πρέμνοις. atque δ' in vulgatis καθεζόμεναι δ' ἐπὶ πρ.

Volitans circum ſepulcrum adeo deplorauit Memnonis ales,
Quantum extinctum deplorauerunt Bionem.
 Incipite Siculae luctum, incipite Muſae.
Luſciniae, omnesque hirundines, quas olim oblectabat,
Quas loqui docebat, reſidentes in arborum ramis,
Ex aduerſo aliae aliarum lamentabantur, aliae vero reſpondebant
Volucres. Vosque quoque columbae moerorem oſtendite.
 Incipite Siculae luctum, incipite Muſae.
Quis iam tua fiſtula canet, o deſideratiſſime?
Quis

iam Heskin. damnauit, atque Brunck. eiecit, qui in textu quidem dorice ſcripſit καθεσδόμεναι ἐπὶ πρεμν. in notis vero probauit lectionem cod. Vindob firmauitque Bion II. εἶδεν Ἔρωτα ἐσδόμενον πύξοιο ποτὶ κλάδον. atque equidem codicis fidem atque auctoritatem ſequutus ſum. 49. ὑπεφώνευν Callierg. et Valck. poſt Vrſin. 50. λυπεῦσθαι πενθάδες· ἀλλὰ καὶ ὑμεῖς cod. Pariſ. λυπεῖσθαι πενθάδες ἀλλὰ καὶ ὑμεῖς cod. Caeſar. πενθάδες quoque edit. Aldina, at vitioſe. Valcken. dedit in ſua editione bucol. quamuis ne ſic quidem ſcripta ipſi videantur ſincera, λυπεῖσθε πελειάδες, ἀλλὰ καὶ ὑμεῖς. atque, recte, opinor. ſaltem ὑμεῖς praebent memorati codd. et duo Ald. codd. Brunck retinuit vulgatum, niſi vt dorice ſcriberet ὔμμες· adde notam. 51. Ἄρχετε βωκολικαὶ hic et verſ. 120. edit. Aldina et cod. Pariſ. 52. τίς ποτε σᾷ Winterton. μελίξεται cod. Caeſar. edd. Ald. Vrſin. Brunck. Valck.

Τὶς δ' ἐπὶ σοῖς καλάμοις θάσει ϛόμα; τὶς θρασὺς ἔτως;
Ἐισέτι γὰρ πνέιει τὰ σὰ χείλεα καὶ τὸ σὸν ἆσθμα.
Ἀχὼ δ' ἐν δονάκεσσι τεὰς ἐπιβόσκετ' ἀοιδάς.
Πανὶ φέρω τὸ μέλιγμα· τάχ' ἂν κἀκεῖνος ἐρεῖσαι
Τὸ ϛόμα δειμαίνοι, μὴ δεύτερα σεῖο φέρηται.

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Κλάιει καὶ Γαλάτεια τὸ σὸν μέλος ἄν πόκ' ἔτερπες

Ἑζο-

et probauit Heskin. *μελίσθεται* Callierg. et rel. *μελίζετε* Iſ. Voſſius ex alio cod. enotauit. 53. *θησεῖ* pro *θάσει* Brunck. et Valck. quod fortaſſe rectius. 55. In Ald. ſcribitur edit. *τεᾶς ἐπὶ βόσκετ' ἀοιδᾶς*. Higtio placebat *τεᾶς ἔτι βόσκετ' ἀοιδάς*. Brunckio, *τεὰς ἔτι βόσκετ' ἀοιδάς*· Ad horum mentem ſcribi etiam potuit *τεαῖς ἔτι βόσκετ' ἀοιδαῖς*. *Valck.* Mihi quidem placet emendatio Brunckii, quem vide: in textu enim dedit vulgatum: contra illa correctio parum diſcedit ab Aldina lectione, audacem vero eſſe metaphoram, ***tuos adhuc depaſcitur cantus***, recte pulcreque iudicat. 56. et 93. *μέλιγμα* (quae eſt dorica forma a futuro *μελιξῶ* deducta) cum Brunckio et Valck. ex codd. Pariſ. et Aldina ſecundo loco recepi, pro vulgato *μέλισμα*. *Fiſtulam* tamen dici potuiſſe *μέλιγμα*, mirum eſſe videtur Valcken. nec Lennep. ad Phalar. Epiſtol. pag. 167. videt, quomodo *μέλισμα* fiſtula dici poſſit: quare coniecit *μέλημα*, et comparat Aeſchyli Choeph. 233. *ὦ φίλτατον μέλημα δώμασιν πατρὸς*,

Quis calamis tuis os admouebit? quis adeo audax erit?
Nam adhuc ſpirant tua labra et tuum halitum.
Echo etiam inter arundines tuos decerpit cantus.
Pani fero fiſtulam (*tuam*): fortaſſe et ille effigere
Os verebitur, ne poſt te ſecundas ferat.

Incipite Siculae luctum, incipite Muſae.
Deflet et Galataea tuum carmen, quam olim oblectare ſolebas,

Anacr. V, 7. ῥόθον ἔαρος μέλημα etc. At haec coniectura non videtur plauſum tuliſſe Valckenarii, quippe quem puto illam Lennepii ad Phalar. Epiſt. notaſſe, dum ad noſtrum Moſchi locum ſcribit: Lennepio nollem placuiſſet τὸ μέλημα. — Pro κἀκεῖνος Brunck. in noſtro verſu dedit καὶ τῆνος. 59. Valck. poſt Vrſini collationem Virg. ita diſtinxerat — Γαλάτεια, τὸ σὸν μέλος ἄν ποκ' ἔτερπεν, in editione tamen ſubſcribit Dorvillii, qui tuetur vulgatum, iudicio. Hic vero ad Chariton. pag. 576. primum notat, in Moſchi loco conſtructionem περὶ σεῖο, vt Charitonis περὶ αὐτῦ, eſſe magis poeticam: paſſim περὶ αὐτὸν etc tum interpungit Γαλ. τὸ σὸν μέλος, ἄν ποκ' ἔτερπες Ἑζομέναν περὶ σεῖο παρ' ἠϊόνεσσι θαλ. additque; "qui norunt, quam poetae delectentur apoſtrophe, et quam ſit illa elegans, hic non, etiam cum duriore ordine verborum, praeferent, κλάιει καὶ Γαλάτεια, τὸ σὸν μέλος ἄν ποκ' ἔτερπεν. quinque ibi codices habent παρὰ σεῖο, quod vel totidem aliorum ſuffultum auctoritate, reie-

Ἑζομέναν περὶ σεῖο παρ᾽ ἠϊόνεσσι θαλάσσης.
Ὀυ γὰρ ἴσον Κύκλωπι μελίσδεο· τὸν μὲν ἔφευγεν
Ἁ καλὰ Γαλάτεια, σὲ δ᾽ ἅδιον ἔβλεπεν ἅλμας·
Καὶ νῦν λασαμένη τῶ κύματος, ἐν ψαμαθοισιν
Ἕζετ᾽ ἐρημαίαισι βόας δ᾽ ἔτι σεῖο νομεύει.

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Πάντα τοι, ὦ βῦτα, ξυγκάτθανε δῶρα τὰ Μοισᾶν,
Παρθενικᾶν ἐρόεντα φιλάματα, χείλεα παίδων·
Καὶ ςυγνοὶ περὶ σᾶμα τεὸν κλαίοισιν Ἔρωτες.
Ἁ Κύπρις φιλέει σὲ πολὺ πλέον, ἢ τὸ φίλαμα,
Τῷ πρώαν τὸν Ἄδωνιν ἀποθνάσκοντα φίλασε.

Τῦτό

ctitum eſt, in ceteris cum vulgatis conſpirant; quamuis παρὰ ſic videtur accepiſſe Scholiaſtes Sophoclis Antiq. 979. παρὰ δὲ κυανέων πετρῶν. „ Valckenario tamen περὶ σεῖο non minus vitioſum eſſe videtur, cui quidem Luzacii coniectura: ἑσδομέναν παρὰ σοὶ ἐπὶ ἀϊόνεσσι θαλάσσας, haud diſplicet: atqui Valck. cum Brunckio edidit dorice ἑσδομένα — θαλάσσας, poſt Vrſini tamen collationem dederat θαλάσσης. Brunck in textu περὶ σεῖο quidem retinuit: at in notis id vix graecum eſſe arbitrans, probat tamquam meliorem cod. Caeſar. lectionem ἑσδομέναν παρὰ σεῖο. Dein ad vitandam eiusdem praepoſitionis repetitionem in παρ᾽ ἀϊόνεσσι ſcribendum cenſet ποτ᾽ ἀϊόνεσσι. Viro denique docto apud Valcken in περὶ σεῖο maris epitheton latere videtur. 62. ἅδιον ἔβλεπεν te lubentius, ſuauius, intuita eſt quam mare, ex edd. Ald. et Iuntae et codd. duobus Caeſ. pro vulgatis, ἅδυ ἀπέβλεπεν,

Sedentem apud te in littore maris.
Non enim ſicut Cyclops canebas: nam ab illo refugiebat
Pulchra Galataea, te vero blandius quam mare adſpiciebat:
Et nunc oblita pelagi, in arenis
Sedet deſertis, et adhuc boues tuos paſcit.
Incipite Siculae luctum, incipite Muſae:
Omnia tecum, o paſtor, mortua ſunt dona Muſarum,
Virginum ſuauia oſcula, puerorum labra:
Et miſerabiliter apud tuum ſepulcrum plorant Amores:
Venus te amat multo magis, quam oſculum,
Quo nuper Adonidem morientem oſculata eſt.

reſtitui cum Brunckio et Valck. E mari enim non proſpectabat illum, ſed in litore ad latus ei adſidebat. 64. Ἕσδετ' Valck. et Brunck. ἐρημαίῃσι Valck. poſt Vrſini collat. at vulgatum in edit. conf. v. 21. ἵζετ' cod. Pariſ. quem Villoiſonus inſpexit. 66. βῶτα Valck. et Brunck. ſic enim v. 82. fuit editum βώτας — δώμαλα τὰ μ. Schier. 67. φιλήματα Callierg. Steph. Schweb. φιλάματα Wintert. et reliqui, vt vulgatur v. 84. etc. 68. στυγνοὶ, vti habent duo cod. Pariſ. et ex editione Aldina reddiderunt Vrſinus, Valcken. et Brunck, legendum eſſe pro ϛυγνὸν, vel coniectura adſequi licet; deinde σᾶμα Heskin. Valck. Brunck. recte! σῆμα reliqui. 70. τῷ πρώαν reſcripſi cum Valcken. in huius edit. de coniectura Io. Brodaei, pro vulgato, τὸ πρώαν. Intra verſum 69. et 70. haud inepte iudicat Higtius, olim lectum fuiſſe intercalarem,

Τῦτό τοι, ὦ ποταμῶν λιγυρώτατε, δεύτερον ἄλγος·
Τῦτο, Μέλη, νέον ἄλγος· ἀπώλετο πράν τοι Ὅμηρος,
Τῆνο τὸ Καλλιόπας γλυκερὸν ϛόμα· καί σε λέγοντι
Μύρεσθαι καλὸν ὗια πολυκλαύϛοισι ῥεέθροις,
Πᾶσαν δ' ἔπλησας φωνᾶς ἅλα· νῦν πάλιν ἄλλον
Υἱέα δακρύεις, καινῷ δ' ἐπὶ πένθεϊ τάκῃ
Ἀμφότεροι παγαῖς πεφιλαμένοι· ὃς μὲν ἔπινε
Παγασίδος κράνας, ὁ δ' ἔχεν πόμα τᾶς Ἀρεθούσας.
Χὠ μὲν Τυνδαρέοιο καλὰν ἄεισε θύγατρα,
Καὶ Θέτιδος μέγαν ὗια, καὶ Ἀτρείδαν Μενέλαον·
Κεῖνος δ' ὐ πολέμως, ὐ δάκρυα, Πᾶνα δ' ἔμελπε,
Καὶ βώτας ἐλίγαινε, καὶ ἀείδων ἐνόμευε,
Καὶ σύριγγας ἔτευχε, καὶ ἀδέα πόρτιν ἄμελγε,

Καὶ

Ἄρχετε Σικ. — Μοῖσαι. 72. τῦτο μέλει; *curae eſt*, ed. Ald. et placuit Brodaeo; at ſenſui poetico repugnat. μελήνεον Callierg. vnde lectio, quae hodie legitur, orta fuerit codd. firmata. 74. πολυκλαύτοισι Vrſinus, quod perinde eſt. Veterem Valckenarii coniecturam, in huius vero editione non admiſſam, πολυκλύϛοισι recepit Brunck. 76. καινῷ, hanc coniecturam Hightii recepit Brunck ac Valck. cui correctioni aptae quoniam ſubueniunt et codices duo Par. cum ſupraſcripta interpretatione νέῳ, et veſtigia verae pri-

Hic tibi, o fluuiorum maxime canore, alter moeror eſt;
Hic, o Mele, nouus dolor: interiit enim tibi prius Homerus,
Illud Calliopes dulce os: et te aiunt
Deploraſſe pulchrum filium flebilibus vndis,
Totumque repleuiſſe voce tua mare: nunc iterum alium
Filium deploras, et nouo luctu contabeſcis.
Ambo fontibus chari (*erant*): alter bibebat
De fonte Pegaſeo: alter tenebat poculum de fonte Arethuſae.
Et alter Tyndarei formoſam cecinit filiam,
Et magnum Thetidis filium, et Atridam Menelaum:
Alter vero non bella, non lacrimas, verum Pana canebat,
Et paſtores ſonabat, et inter canendum pecora paſcebat,
Et fiſtulas fabricabat, et ſuauem vitulam mulgebat,

ſtinaeque lectionis in ed. Ald. quae praebet καὶ νῷ, equidem ſedem priſtinam denegare nolui, vulgo αἰνῷ. 78. ἔχε ob caeſuram, cuius vi vltima producitur, dedit Brunck, et ἔσχε ac ἔχε habent codd. Pariſ. Alius apud Valck. malit ἕλεν pro ἔχεν, quae duo verba et ſenſu et ſcripturae ratione centies promiſcue poſita reperiuntur: quare nihil muto. v. Dorville ad Charit. pag. 214. et Lennep. ad Phalar. Epiſtol. pag. 43 denique Ἀρεθοίσας Brunck. et Valck. ex cod. regio rectius forſan, ſaltem magis dorice receperunt. 81. τεῖ-

Καὶ παίδων ἐδίδασκε φιλάματα, καὶ τὸν Ἔρωτα
Ἔτρεφεν ἐν κόλποισι, καὶ ἤρεθε ταν Ἀφροδίταν.

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Πᾶσα, Βίων, θρηνεῖ σε κλυτὴ πόλις, ἄστεα πάντα·
Ἄσκρη μὲν γοάει σε πολὺ πλέον Ἡσιόδοιο·
Πίνδαρον ȣ ποθέοντι τόσσον Βοιωτίδες Ὕλαι·
Οὐ τόσον Ἀλκαίῳ πέρι μύρατο Λέσβος ἐραννά·
Οὐδὲ τόσον τὸν ἀοιδὸν ἐμύρατο Κήϊον ἄστυ.
Σὲ πλέον Ἀρχιλόχοιο ποθεῖ Πάρος· ἀντὶ δὲ Σαπφῶς
Εἰσέτι σεῦ τὸ μέλισμα κινύρεται ἁ Μιτυλάνα.
Πάντες, ὅσοις καπυρὸν τελέθει στόμα, βωκολιασαί,

Ἐκ

νος, more ſuo, Brunck. 85. ἤρεθε τὰν Ἀφροδίταν Valck. et Brunck. ex ed. Aldina poſteriore et tribus codd Aldinae priori haeſit veluti gloſſa genuinae lectionis καὶ ἠρέτιζε τὴν Ἀφροδίτην. Vulgo ἤρεσε τὴν Ἀφροδίτην, et ἤρεσε etiam Valck. poſt Vrſini collationem. 87. πάσῃ Schwebel. mox θρήνασε Ald. κλυτὰ Valck. poſt Vrſini coll. κλυτὴ in editione. 88. Ἄσκρα Valck. et Brunck. 89. Ὕλαι, maiuſculo Υ, ſcribendum cenſuit Palmerius, (v. notam) vt oppidi nomen, quod Pindaro fuerit natale, deſignetur; eumque ſequuti ſunt Heskin, Brunck. et Valck. vulgo ὕλαι, *ſilvae.* 90. ἐραννὰ pro vulgato ἐρυμνά, *munita*, correxit Adrianus Heringa: atque quum ἐρεννά, legeretur in cod. Pariſ. atque ed. Aldina, et ἐραννά, quae correctio in veſtigiis corruptae ſuperioris ſcripturae

Et puerorum oſcula docebat, et Amorem
In gremio fouebat, atque Venerem excitabat.
  Incipite Siculae luctum, incipite Muſae.
O Bion, omnes inclutae vrbes, omnia oppida te deplorant:
Aſcra te deflet magis quam Heſiodum;
Neque adeo deſiderant Pindarum Boeoticae Hylae;
Nec propter Alcaeum adeo fleuit Lesbus amabilis:
Nec vatem ſuum adeo fleuit Cëium oppidum.
Te magis quam Archilochum deſiderat Parus: proque Sapphone
Adhuc tuum carmen ſonat Mitylene.
Omnes, quibus eloquens eſt os, bucolici

O 5 A

habet aliquod praeſidium, vrbi conueniret, (v. not.) cum Brunck. et Valck. illud recepi. 91. κήϊον alterum Aldi exemplum, Callierg. Steph. rel. et tunc deſignatur *Simonides.* Τήϊον alterum Aldi exemplar, duo codd Pariſ. et Brunck. quod Valckenario quoque genuinum videtur: atque in hac lectione intelligitur *Anacreon.* Variae vero in hoc Idyllio lectiones ex duplici Aldina editione a Brunck. et Valckenario memorata firmant eam, quam ſupra pag. 31. feci, coniecturam. 93. μέλιγμα pro μέλισμα hic poſitum eſt a Valck. et Brunck. vt verſ. 56. 94. Hunc et ſequentes quinque verſus Callierg. duobus aſteriſcis notauit, et ſupraſcripſit: Μάρκος ὁ μουσοῦρος, ἔλεγε τοιαῦτά τινα λείπειν. Abſunt quoque ſex illi verſus ab Aldi Stephani et Wintertoni exemplaribus et a cod. Pariſ.

Ἐκ Μοισῶν, σέο πότμον ἀνακλαίουσι θανόντος.
Κλαίει Σικελίδας, τὸ Σάμου κλέος, ἐν δὲ Κύδωσιν
Ὁ πρὶν μειδιόωντι σὺν ὄμματι φαιδρὸς ἰδέσθαι,
Δάκρυα νῦν Λυκίδας κλαίων χέει· ἔν τε πολίταις
Τριοπίδαις ποταμῷ θρηνεῖ παρ' Ἄλεντι Φιλητᾶς.
Ἐν δὲ Συρακοσίοισι Θεόκριτος· αὐτὰρ ἐγώ τοι
Αὐσονικᾶς ὀδύνας μέλπω μέλος, οὐ ξένος ᾠδᾶς
Βωκολικᾶς, ἀλλ', ἅν τ' ἐδιδάξαο σεῖο μαθητὰς,
Κλαρονόμος, Μώσας τᾶς Δωρίδος· ἄμμε γεραίρων
Ἄλλοις μὲν τεὸν ὄλβον, ἐμοὶ δ' ἀπέλειπες ἀοιδάν.

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Αἲ, αἲ, ταὶ μαλάχαι μὲν, ἐπὰν κατὰ κᾶπον ὄλωνται,
Ἠ τὰ χλωρὰ σέλινα, τὸ, τ' εὐθαλὲς οὖλον ἄνηθον,
Ὕστερον αὖ ζώοντι, καὶ εἰς ἔτος ἄλλο φύοντι.

Ἄμ-

quem adhibuit Villoiſonus: quum ex aliis codd. eſſent editi, Fulu. tamen Vrſinus aliique crediderunt, iſtos a Marco Muſuro ad lacunam explendam fuiſſe conditos. Hinc Heskinus eos ſeiunxit a reliquis, et imae orae adſcripſit. Eos vero a Muſuro et Mureto in vetuſtiſſimis codd. repertos fuiſſe, monuit Ioſ. Scaliger. vide notam, et Valcken. poſt Vrſini collationem p. 81. qui cum Hemſterhuſio illos vindicat Moſcho. In verſu 94. Br. doricam dedit formam, *βωκολιάκται.* 95. *ἐκ μοισᾶν* Valck. et Brunck. ob conſtantiam doriſmi, qui eſt v. 66. *μοισᾶν.* 98. *χέει* Callierg. et alii. *ῥέει* Fulu. Vrſin. et Heskin. 99. *Ἄλεντι* perperam ſuſpectum eſt Brodaeo: fluuii enim illius nomen ex Theocrito no-

A Muſis *datum*, tui fatum deflent morientis.
Deflet Sicelidas, Sami decus, interque Cydonas,
Qui prius ridentibus oculis hilaris *erat* videri,
Lacrimas nunc Lycidas plorans fundit: interque ciues
Triopidas fluuium luget apud Alenta Philetas.
Inter Syracuſanos etiam Theocritus: verum ego tibi
Auſonici moeroris carmen cano, non alienus a cantione
Bucolica, quam docuiſti tuos diſcipulos,
Heres Muſae Doricae. nos eo honore afficiens,
Aliis opes tuas, mihi vero reliquiſti carmen.
Incipite Siculae luctum, incipite Muſae.
Heu, heu! maluae, cum in horto interierunt,
Vel viride apium, vel florens criſpum anethum,
Poſtea reuiuiſcunt, et altero anno renaſcuntur.

Nos

tum eſt. vide notam. 102 Βουκολικᾶς Valck. 102. ἂν, pro vulgato ἦν; correxi cum Brunck. et Valck. 103. Κλαρονόμως a Callierg. venit in reliquas editt. κλαρονόμος Aldina ed. ſecundo loco, cod. regias et Caeſ. idque cum Valck. et Brunck o reſtitui; ordo eſt: ὃ ξένος ᾠδᾶς βωκολικᾶς, ἀλλὰ κλαρονόμος (ἐκείνης) ἅντ' ἐδιδάξαο. Vulgo etiam diſtinctio omittitur poſt Δωρίδος. Ego vero cum Valck. diſtinxi poſt id vocabul. 104. ἀπέλειψας Ald. priore loco et reliquae edd. ἀπέλειπες codd. regii, Brunck. et Valk. ἀπέλιπες Ald. ſecundo loco. 107. ἠδὲ τὰ χλ. Brunck. ex codd. duobus Pariſ. et ed. Ald. equidem cum Valck. vulgatum ἢ retinui. τὰ producitur, ſequentibus χλ litteris.

Ἄμμες δ', οἱ μεγάλοι καὶ καρτεροὶ ἢ σοφοὶ ἄνδρες,
Ὁππότε πρᾶτα θάνωμες, ἀνάκοοι ἐν χθονὶ κοίλᾳ
Εὕδομες εὖ μάλα μακρὸν, ἀτέρμονα, νήγρετον ὕπ-
νον.
Καὶ σὺ μὲν ἐν σιγᾷ πεπυκασμένος ἔσσεαι ἐν γᾷ,
Ταῖς νύμφαισι δ' ἔδοξεν ἀεὶ τὸν βάτραχον ᾄδειν,
Τῷ δ' ἐγὼ οὐ φθονέοιμι· τὸ γὰρ μέλος οὐ καλὸν ᾄδει.

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Φάρμακον ἦλθε, Βίων, ποτὶ σὸν στόμα, φάρμακον εἶ-
δες.
Πῶς τευ τοῖς χείλεσσι ποτέδραμε, κοὐκ ἐγλυκάνθη;
Τίς δὲ βροτὸς τοσσοῦτον ἀνάμερος, ἢ κεράσαι τοι,
Ἢ δοῦναι λαλέοντι τὸ φάρμακον; ἔκφυγεν ᾠδάν.

Ἄρχε-

109. *καρτερικοὶ σοφοὶ* codd. duo Pariſ. totidemque, quos adhibuit Ald. et edit. Florent. at recte tuentur vulgatum Valck. et Brunck. ac poſterior bene addit: *μεγάλοι* ſunt opibus praeſtantes; *καρτεροὶ* bello fortes; *σοφοὶ* artibus clari, et cummaxime poetae, qui *κατ' ἐξοχὴν*, *σοφοὶ*, adpellantur. 110. *ὁππόκα* Brunck. *πρᾶτα* ex codd. Pariſ. et edit. Ald. Brunck. et Valck. pro vulgato *πρῶτα*. 111. *νήγρεται* ediderat Brunck in textu; at in notis bene mutauit ſententiam, vulgatum tuitus, laudato loco Homerico Odyſſ. N. 179. vbi multa in ſomnum congeſta ſunt epitheta; et multa tam graecorum quam romanorum poetarum loca, in quibus epitheta duo pluraque geminan-

Nos vero, qui magni et fortes aut ſapientes viri ſumus,
Vbi ſemel mortui fuerimus, obſcuri in terra concaua
Dormimus valde longum infinitum, inexcitabilem ſomnum.
Et tu quidem in ſilentio conditus eris in terra;
Nymphis vero ita placet, vt rana ſemper cantet,
Cui ego ſane non inuideo: nam carmen non bonum canit.
Incipite Siculae luctum, incipite Muſae.
Venenum venit, Bion, ad tuum os, venenum ſenſiſti.
Quomodo ad tua labra acceſſit, et dulce factum non fuit?
Quis homo adeo immitis, qui vel miſceret tibi,
Vel praeberet canenti venenum? effugit *tuam* cantionem (h. e. *caruit omni ſenſu elegantiae muſicae.*)

In-

tur, adtulit Schrader in Animadu. ad Muſaeum pag. 216 - 218. — 112 - 114. Tres hi verſus Valcken. videntur adulterini. Atque v. 114. editio Ald. vno loco dat τοῖς δ' ἐγὼ οὐ φθ. altero autem, vti quoque cod. Pariſin. 'Ουδ' ἐγὼ ἐ φθ. 116. ἦνθε Brunck. probante Valckenario. 117. Τίς τευ edd. prior Ald. Callierg. et Vrſini. τοιούτοις χείλεσσι ποκ' ἔδραμε, οὐκ ἐγλυκάνθη ed. poſterior Ald. et cod. Pariſ. atque conſentit alter cod. Pariſ. niſi vt habeat τοιοῦτον. Inde Brunck. edidit τοιούτοις χείλεσσι ποτέδραμε. At vulgatum, quod etiam Steph. et Wintert. praebent, recte ſe habere, cum Valck. cenſeo. 118. 119. Reſcri,pſicum Valck. lectionem, quam is, duce Brunckio, in ſua edit. ex

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Ἀλλὰ δίκα κίχε πάντας· ἐγὼ δ' ἐπὶ πένθεϊ τῷδε
Δακρυχέων τεὸν οἶτον ὀδύρομαι· εἰ δυνάμην δὲ,
Ὡς Ὀρφεὺς καταβὰς ποτὶ τάρταρον, ὥς ποκ' Ὀδυσσεὺς,
Ὡς πάρος Ἀλκείδας· κἠγὼ τάχ' ἂν ἐς δόμον ἦλθον
Πλυτέος, ὥς κεν ἴδοιμι, καὶ εἰ Πλυτῆϊ μελίσδεις,
Ὡς ἂν ἀκυσαίμην, τί μελίσδεαι· ἀλλ' ἐπὶ Κώρᾳ
Σικελικόν τι λίγαινε, καὶ ἁδύ τι βωκολιάσδευ·
Σικελικὰ κἠκείνα ἐν Αἰτναίαισιν ἔπαιξεν
Ἀιόσι καὶ μέλος οἶδε τὸ Δώριον· ὐκ ἀγέρασος

Ἐσ-

duobus codd. Pariſ. et altero loco ed. Ald. enotauit, ἢ κεράσαι τοι, Ἦ δῶναι λαλέοντι τὸ φάρμακον; ἔκφυγεν ᾠδάν, pro vulgato, ἢ κεράων τοι, Ἦ δῶναι καλέων τοι φάρμακον ἔκφυγεν ᾠδάν; Brunck tamen in v. 119. dedit τὸ φάρμακον; ἢ φύγεν ᾠδάν. At tamen et λαλέοντι et καλέων τοι ſuſpectum eſſe videtur, quia in priore ed. Ald. vulgatur κεράοντι Ἦ δῶναι καλέοντι, in poſteriore κεράσαιτο Ἦ δῶναι λαλέοντι; in cod. Pariſ. κεράσαιτο et λαλέων. Vtrumque igitur et λαλέοντι et καλέων τοι gloſſa eſſe videtur verbi cuiusdam difficilioris aut oblitterati, adde notam Heskini. 121. ἐγὼν δ' ἐπὶ Brunck. Elegans et mire probabilis eſt coniectura V. D. apud Valckenarium, ἐγὼ δ' ὑπὸ δένδρεϊ τῷδε Δακρυχέων etc. 122. Edit. altera Ald. Δά-

Incipite Siculae luctum, incipite Muſae.
At poena iuſta deprehendit omnes: ego vero in hoc luctu
Lacrimas fundo, tuumque fatum deploro. Quod ſi poſſem,
Vt Orpheus, qui deſcendit ad inferos, ſicut olim Vlyſſes,
Vt ante eum Alcides: ita et ego forſitan venirem ad domum
Plutonis, vt viderem, an etiam Diti cantes,
Atque, quid cantes, audirem. Verum apud Proſerpinam
Siculum aliquod carmen modulare, et ſuaue aliquod bucolicum cane.
Nam et ipſa Sicula (*Sicelis fuit et*) in Aetneo luſit
Littore, et cantum ſciuit Doricum. Non ſine praemio

Car-

κρυα κὴ τεὸν ὕδωρ οἶτον ὀδύρομαι. Eſt quoque in cod. Pariſ. et ed. Callierg. δάκρυα κὴ τεόν. – tum δυνάμαν Brunck. et Valck. prior quoque αἱ δυν. 124. κἠγὼν τάχ' ἂν ἐς δομ. ἦνθον Brunck. 125. μελίσδης Brunck ex cod. regio Pariſ. 126. ἀκχσαίμαν ex eodem cod. Brunck et Valck. – τί μελίσδεο καὶ παρὰ κώραν cod. Pariſ. et ed. Ald. quod, ſi ſcribatur παρὰ κώρᾳ, genuinum eſſe putat Villoiſon. apud Valcken. 128. 129. Secundum Heskin. et Pierſon ſic correxi cum Valck. vulgatum κἀκείνη Σικελαῖς καὶ 'Αιτναίαισιν ἐπ' 'Αιόσι. Variant tamen pr. edd. et codd. Ed. Ald. prior, καὶ κείνη σικελικαῖσιν αἰτναίαισιν, altera autem et cod. Pariſ. καὶ κεῖνα σικελικὰ ἐν αἰτναίαισιν. Callierg. et Vrſin. Σικελαῖσιν ἐν Αἰτναίαισιν. Ed. Florent. καὶ κείνη

'Εσσεῖθ' ἁ μολπᾴ· χ' ὡς Ὀρφεῖ πρόσθεν ἔδωκεν
Ἁδέα φορμίζοντι παλίσσυτον Εὐρυδίκειαν,
Καί σε, Βίων, πεμψεῖ τοῖς ὤρεσιν· εἰ δέ τι κἠγὼν
Συρίσδων δυνάμην, παρὰ Πλωτεῖ κᾀυτὸς ἄειδον.

Σικελαῖς καὶ ἐν Αἰτναίαισιν. ἐπ. Teſte Vrſino in vetuſtiſſimis codd. legitur: καὶ κεῖνος (vel καὶ κείνη) Σικελικὰ ἐν Αἰτναίαισιν ἔπαιξεν. Steph. ᾀόισι Brunck edidit καὶ τῆνα Σικελὰ, καὶ ἐν Αἰτν. ἐπ. ᾀόσι. eidem tamen in Lectt. et Emendatt. vltimum ᾀοσι ſincerum non videtur. "Quis enim, inquit, vmquam fando audiuit αἰτναίας ἠϊόνας? ἠϊὼν littus eſt fluuii aut maris; et monti non tribuitur. Cod. Caeſar. ἄγγεσιν· vnde ſcribendum eſſe manifeſtum eſt ἄγκεσι. Sic igitur locus reformandus eſt.

Καὶ τῆνα Σικελὰ, καὶ ἐν Αἰτναίοισιν ἔπαιξεν
Ἄγκεσι — "

Bene tamen correxiſſe Ruhnkenium, cum Valck cenſeo: ἐν Ἐνναίοισιν ἔπαιξεν Ἄγκεσι. *Enna* enim Proſerpinae congruit, niſi ex 132 vbi vide notam, vulgatam lectionem defendere malis. — tum μέλος οἶδε pro vulgato μέλος ᾗδε cum Brunckio et Valcken. ex cod. Pariſ. et ed. Ald recepi. 130. ἁ μολπὴ Callierg. Vulcan. Schwebel. mire inconſtanter! 131. φορμίσδοντι Vrſin. et Brunck. 132. πέμψει Ald. Callierg. et Vrſin. — mox αἰ pro εἰ Brunck. 133 συρίσδων pro vulgato συρίσδεν ex ed. Aldin. atque codic. Pariſinis cum Valckenario et Brunckio reddidi. δυνάμαν Br. et Valck. num vero δυνάμαν παρὰ propter frequen-

Carmen erit: et ſicut Orpheo prius dedit
Suauiter citharâ canenti, reducem Eurydicen,
Sic et te, o Bion, remittet montibus. Si vero et ego
Fiſtula cantare ſcirem, (*ſ. cantando aliquid valui*)
ipſe apud Plutonem (*ad recuperandum te*)
cantare vellem.

tem concurſum τῦ, α, auribus Moſchi, qui Ioniſmum non plane reſpuit. gratum acciderit, equidem neſcio. —

ANIMADVERSIONES IN MOSCHI IDYLL. III

*) Delicatiſſimum hoc idyllium et omni laude dignum, fuerunt, qui Theocrito tribuerent, quoniam inter eius idyllia extat, ſed illius non eſſe, ipſius Theocriti in eo facta mentio teſtatur:

Ἐν δὲ Συρακοσίοισι Θεόκριτος· αὐτὰρ ἐγώ τοι
Αὐσονικᾶς ὀδύνας μέλπω μέλος.

Nemo non videt, Theocritum ab eo, qui hoc poema ſcripſit, plane diſtingui. *Heskin.* In Calliergi exemplo ſub Theocriti nomine male vulgatum eſt et numeratum IΘ. Valckenarius V. C. hoc idyllium inſeruit egregiis ſuis additamentis ad Vrſini Virgilium collatione ſcriptorum graecorum illuſtratum, Leovard. 1747. pag. 76. ſqq. et quasdam lectiones nouas de coniectura ita feliciter ſubſtituit toties receptis, vt eas poſtea fide codicum corroboratas videret. Id praecipue fecit in reuocanda forma dorica, in qua Callierg. et reliqui editores valde inconſtantes fuerunt. Quas-

dam Winterton et Heskin quoque mutauerant. Inter alia; doricae dictionum formae, ait Valckenarius, frequenter fuerant in hoc Moſchi carmine oblitteratae: eas, vbi pudenter illud fieri poterat, reuocaui Noueram, haec non eſſe ad vetuſtiſſimae linguae normam exigendam, et Moſcho placuiſſe Doricam, ad Ionismum in nonnullis inclinantem, ſcribendi conſuetudinem: idcirco tantum formas adoptaui doricas, quas e ſimilium comparatione liquido conſtaret a Syracuſano poeta poſitas. Quis enim, huius partis paullo ſtudioſior, abſonam toleraret priorum et Heinſianae editionis in vno carmine et in iisdem ſaepe dictionibus inconſtantiam? dederat Heinſius τέθνηκε, v. 7. et 11. τέθνακε v. 12. 35. — τῆς Ἀρεθύσης v. 10. τᾶς Ἀρεθύσας v. 78. etc. — Haec et ſimilia, quae facillime poterant ex comparatione, paullo conſideratius inſtituta, et ad aurium iudicium exacta, refici, nihil erat cauſſae, cur peruerſe ſcripta reponerentur. Satis memineram eorum, quae Gellius N. A. XIII. Cap. 20. acute diſputauit, *diuerſis in locis* vrbes *et* vrbis *dixiſſe Virgilium, arbitrio conſilioque vſum auris; Homerum* autem, cum dixerat ψῆρας, alibi poſuiſſe ψαρῶν, vt obſecundaret ſoni iucunditati: ſed putabam, horum ſimiliumque rationem ab iſtis Moſchi non parum eſſe diſparatam. Ferme tricies formae communes fuerunt in hoc carmine mutatae: in quinque vel ſex dictionibus praeiuerat Dauid Whitfordus: nonnullas ſciens intactas reliqui; quoniam nihil in illis ſine libris veteribus videbatur nouandum.„ Hactenus Valcken. qui praeter ea tres quatuorue correctiones in contextum introduxit, plures vero adhuc ex codd. ſumtas ſuoque loco

loco memoratas in editione Bucolicorum graecorum. At aurium iudicio in re tam ſubtili num ſine codd. vbique adeo confidenter ſit cedendum, equidem ſubdubito, atque ſententiam meam in comment. de Doriſmo Theocriteo fuſius explicui. Atqui ipſe Valck. in edit. Bucol. v. 64. dedit ἐρημαίαισι, olim vero poſt Vrſini collationem ἐρημαίησι· quae quidem varietas eſt quoque v. 21. Idem κλυτὰ πόλις v. 87. poſt Vrſini collat. at vulgatum κλυτὴ in edit Bucolicorum. Moſchus in hoc idyllio frequenter imitatus eſt Bionem ſuum in Idyllio I. ſicut Moſchum imitatione ſequutus eſt Virgilius Ecl. V. praecipue verſ. 24. ſqq. et Virgilium Nemeſianus Ecl. I, 72. ſqq. compara *Ouid.* III. Amor el. VIII. in qua Tibulli mortem deflet.

1. *αἴλινα*, vox poetica loco aduerbii, *lugubriter, cum luctu* vel *lamentatione.* M. Etymol. 35, 1. αἴλινον, τοῦτο ἐπὶ θρῆνον ἐτίθετο, καὶ ἐν τοῖς ἐφυμνίοις, γέγονε δὲ εἰς τιμὴν Λίνου τοῦ τῆς Καλλιόπης. v. Porti Dictìon. dor. h. v. deſcendit igitur ab αἴ, particula illa lugubri in Bione et Moſcho ſaepiſſime repedita, et Λίνος, quoniam Apollo Linum, ab Hercule percuſſum, carmine lugubri, repetitisque ſaepius vocibus αἴ Λίνον defleuit. v. Schwebel. Vrſinus intelligit εἶδος θρήνου.

3. νῦν φοῖτα μοι — γοάοισθε) vide notas in Bionis Epitaph. Adon. v. 33. F. Vrſini editio legit γοάοιτε. *Heskin.*

4. 5. Ἄνθεα — ἀνεμώνα) Moſchus in hoc Bionis Epitaphio ad ipſius Bionis carmina non raro adludit. Dixerat Bion. Epitaph. Adon. v. 36. Ἄνθεα δ' ἐξ ὀδύνας ἐρυθραίνεται. Vnde hoc ſuum diſtichon effinxit

Moſchus. *Heskin.* *Corymbi* ſunt hederae racemi, in orbem circumacti, atque acinis et baccis, qui fructus hederae, quas vuas vocant, graues. Virgil. III. Ecl. 38. 39 vbi vide cel. Heyne.

Lenta quibus torno facili ſuperaddita vitis
Diffuſos edera veſtit palente corymbos.

Plin. H N. XVI. Cap. 24. vbi de edera, eiusque generibus diſſerit. "Species, ait, horum generum tres. Eſt enim candida, et nigra edera, tertiaque, quae vocatur helix. Etiamnum hae ſpecies diuiduntur in alias: quoniam eſt aliqua fructu tantum candida, alia et folio: fructum quoque candidum ferentium aliis denſus acinus et grandior, *racemis in orbem circumactis; qui vocantur corymbi.*" Baccho fuerant conſecrati. Hinc Bacchus eiusque ſacerdotes, edera coronati erant, et Bacchus ligabat captiuos ſuos vitibus. v. Nemeſiani Cyneget. v. 6. 7. ibique interpretes. Tibull. I, 8. (ſiue al. 7.) 45 ibique Brouckhus. Propert. III, 15. 29. et ſaepius. Nemeſ. III. Ecl. 18. ſqq. (vbi vide Titium) de Baccho.

Te cano, qui grauidis hederata fronte corymbis
Vitea ſerta plicas —

6. Νῦν Ὑάκινθε —) Notiſſimam hanc fabulam enarrat Ouidius Met. Lib. X. (fab. V. praecipue v. 214. ſq.)

Ipſe ſuos gemitus foliis inſcribit et αἶ αἶ
Flos habet inſcriptum funeſtaque littera ducta eſt.

LONGOPETR.

adde Theocr. X, 28. ibique notam, et Plin. H. N. XXI. Cap. 11. copioſe agit hac de re Salmaſ. in Exercitt. Plin. pag. 860. ed. Vltraiect.

7. Βάμ.

7. Βάμβαλε) vide V L. Valcken. in adnot. ad h. l. poſt Vrſini Virgilium collatum pag. 83. pro emendatione ſua haec ſcripſit: "Qui veterem hiſtoriam copioſe tractauit, Salmaſius in Plin. Exercit. Moſchi locum praetermiſit; etiam aliis verbum λάμβανε hac in ſede ſuſpicor diſplicuiſſe. Plerique, qui quidem ſunt κριτικοὶ, fatebuntur, priſtinam reſtituiſſe me Moſchi ſcripturam, reponendo, Βάμβαλε. De hac correctione propter ea minime dubitandum cenſebam, quod illi potuerim eam adprobare, qui, nemine non tribuente, primum tenet in his litteris locum. Flos hyacinthus dudum habuerat foliis inſcriptos Apollinis gemitus; (neque enim de Aiace cogitauit noſter); nunc vero, dum alter velut Hyacinthus, Bion male perierat, funeſtas ſuas litteras eloqui iubetur, et tremulo foliorum motu ſaepius repetitum ſuum edere gemitum, ai, ai:

> Νῦν Ὑάκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα, καὶ πλέον αἲ αἲ
> Βάμβαλε σοῖς πετάλοισι· καλὸς τέθνακε μελικτάς.

Eleganter *hyacinthum* dixerat Euphorion γεγραμμένα κωκύουσαν, in eo loco, quem, e Porphyrio citatum ab Euſtathio ad Il. B. pag. 216. v. 12. conſeruauit ſchol. Theocriti ad Eid. X, 28. quemque, Heinſio et Salmaſio minime intellectum enodauit Tib. Hemſterhuſius ad Lucian. Tom. I. pag. 240. et 241. Duplex innotuit verbi forma: Heſychius Βαμβάλλειν (ſic legendum) τρέμειν, φοφεῖν τοῖς χείλεσι. Altera Βαμβαίνειν, *titubare* etc. Reliquam huius animaduerſionis partem lege ſupra ad Bion. IV, 9.

Ibid.

Ibid. τέθνακε) F. Vrſini et ed. Vignon et B. Vulcanii editt. habent τέθνηκε hic et verſ. 11. et verſ. 12. etiam 12. excepta Vrſini, et verſ. 10. τῆς Ἀρεθούσης, verſ. 21. ἐρεμαίνοισιν, neglecto doriſmo, quem nos cum Cantabrigienſi R. Wintertoni editione conſeruauimus. *Heskin.*

10. Ἀρεθοίσας) fons hic fuit celebris apud Syracuſas. v. Theocr. I, 117. ibique ſchol. XVI, 102. et quae ibi notaui. Plin. H. N. XXXI. Cap. 5. Fuerunt autem quatuor fere huius nominis fontes, teſte ſchol. minore ad Hom. Odyſſ. N. 408. Syracuſis, Smyrnae, in Chalcide atque Ithaca. adde Schwebel ad locum noſtrum.

11. Imitatus eſt Bion. in Epitaph. Adon. v. 29. ſqq.

14. *Στρυμόνιοι μύρεσθε παρ' ὕδασι αἴλινα κύκνοι,*
Καὶ γοεροῖς ςομάτεσσι μελίσδετε πένθιμον ᾠδάν
[Οἵαν ὑμετέροις ποτὲ χείλεσι γῆρυν ἄειδεν.]
Εἴπατε δ' αὖ κούραις Οἰαγρίσιν — —

Hoc eſt, Strymonii cycni lugete et gemebundo ore lugubre carmen canite, *quali voce Bion in veſtris olim labris cecinit.* An reuera Bion cycnorum horum labiis cantauit? Nemo dicet. Quid ergo per haec intelligendum? Anne *Bion labiis non minus, quam horum cycnorum labia, ſuauibus cantauit?* Si quid ſenſus huic verſui, οἵαν κ. τ. λ. inſit, hic vt ſit oportet. Sed talem interpretationem verba ipſa reſpuunt: prior igitur vera eſt, qualis eſt in omnibus editionibus verſio. Sed quis hic intelligat? Quare cancellis vt ſuppoſititium incluſi, quum ſine librorum auctoritate omnino e textu non auſus ſum eiicere. Hoc demto, nemo

nemo non videt ſententiam non minus apte procedere, et ſibi conuenire, quod opinionem noſtram confirmat. *Heskin.* vide V. L. De cygni cantu multi veterum et recentiorum cecinerunt et ſcripſerunt. v. Callim. H. in Delum v. 5. et 249. ibique interpretes, Schwebel ad noſtrum locum; plura vero erudite diſputat Klotz in Lection. Venuſinis pag. 348. ſqq. Cygni autem *Strymonii*, h. e. Thracii, memorantur non ſine gratia et ornatu poetico, quoniam mox mentio fit Orphei. Pompon. Mela II, 2. 15. de Thracia; pag. 136 ed. 2. Gronou. vbi v. not. *Paucos*, ait, *amnes, qui in pelagus euadunt, verum celeberrimos, Hebrum et Neſton et Strymona emittit. Montes interior attollit, Haemon, Rhodopen et Orbelon, ſacris Liberi patris et coetu Maenadum*, Orpheo primum initiante, *celebratos.* et §. 110. vbi v. Gronou. *deinde promontorium Serrium, et quo* canentem Orphea *ſecuta narrantur etiam nemora, Zone* etc.

17. Muſas vocat poeta *puellas Oeagrias*, ab *Oeagro* Orphei patre, quod Schwebel probat ex Apollon. Rhod. Argon I, 23.

18 *Biſtoniae* Nymphae ſunt Threſſae. Biſtones enim celebrioribus Thraciae populis adnumerabantur: quod ex Geographis notum eſt, et Schwebel locis ad nauſeam vſque cumulatis, probat illuſtratque.

Ibid. Δώριος 'Ορφεύς) Eodem modo dixit Propertius: (IV, 1. 64.) *Vmbria Romani patria Callimachi. Heskin.*

20. κεῖνος ὁ ταῖς ἀγέλαισιν) Haec vſque ad verſ. 24. καὶ οὐκ ἐθέλοντι νέμεσθαι cycnis canentibus tribuit in

 ver-

verſione ſua Laurentius Gambara. Et ſane non abſurde: κεῖνος enim ad praecedentia refert, et ſermonem ſub eadem perſona continuare videtur. Eleganter autem partes ſuas pathetica iſta Bionis compellatione Σεῖο, Βίων κ. τ. λ. reſumit poeta. Sed, quum aliter exponi poſſit locus et poetae tribui, ſi cui ita placent; rem in medio relinquimus. *Heskin.*

22. ἀλλὰ παρὰ — ἀείδει) Longopetraeus recte vertit μέλος λήθαιον, *quelques airs lugubres et funebres, carmen lugubre et funebre.* HESKIN. conf. Theocrit. I, 63. et Schwebel ad noſtrum locum.

23. 24. καὶ αἱ βόες — νέμεσθαι) Theocrit. Idyll. IV, 12. (ex quo loco emendatio Brunckii fluere videtur. vide V. L.)

> Ταὶ δαμάλαι δ' αὐτὸν μυκώμεναι ὧδε ποθεῦνται·
> — — καὶ οὐκέτι λῶντι νέμεσθαι.
> *Buculae autem ipſum mugientes hic deſiderant:*
> — — *et nolunt amplius paſci.*

Eleganter eamdem ἔννοιαν expreſſit Virgilius Ecl. V, 24. ſqq. (vbi vide interpretes).

> Non vlli paſtos illis egere diebus
> Frigida, Daphni, boues ad flumina, nulla neque amnem
> Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.
> Daphni, tuum Poenos etiam ingemuiſſe leones
> Interitum, montesque feri, ſiluaeque loquuntur.

Quem imitatur M. Aurel. Nemeſianus, Ecl. II, 29.

> Nulla mihi trinis tetigerunt gramina vaccae
> Luciferis, nullos libarunt omne liquores;

Sic-

Siccaque foetarum lambentes vbera matrum
Stant vituli, et teneris mugitibus aera complent.

M. Hieronymus Vida Ecl. I.

Illum (ſingultus dum non compeſcere longos
Aut lacrimas valet) aprico de collo iuuencae
Fluminis immemores, et graminis, admiratae
Indigno flentis pueri doluere dolore
Illa luce et oues fluuios, ac pabula laeta
Fugere, et ſaturis ipſi praeſepibus vltro
Abſtinuere boue clauſi foenilibus, et vos
Tardius ah! miſerae rediiſtis monte capellae.

HESKIN.

Adde Theocr. I, 74. Virgilio praeſtat Moſchus, qui verecundior eſt in ornatu poetico, ſiquidem ille, dum Poenos ingemuiſſe leones fingit, rem nimis vrguet et probabilitatis leges migrare videtur. Nobilis autem et valde bucolicus eſt locus noſter, quod montes etiam muti eſſe dicuntur: quod ad Bionis gratiam atque auctoritatem celebrandam multum valet. vide ad Bionem I, 8. et 32.

26. Πριήποι) Vix vocem hanc alias in plurali numero inuenias, vt obſeruauit Longopetraeus. Hic deus cum ruſticis numinibus apud Theocritum I. [81. vbi v. Valcken.] ad conſolandum Daphnin venit, et apud Virgil. Eclog. X. idem officium praeſtat Gallo. *Heskin.*

28. — αἴ τε καθ' ὕλαν — δάκρυα γέντο) Optime vertit Laurentius Gambara,

— lacrimaeque cadentes
Sunt verſae in liquidos latices.

Vulgares libri (e Stephano) interpretantur, *et ex vndis factae ſunt lacrimae:* quos ſequitur in verſione ſua gallica Longopetraeus; quod vix feciſſet, ſi B. Vulcanii notas inſpexiſſet. "Verti, (inquit hic) *fiunt lacrimae vndae*, h. e. lacrimae abeunt in riuos. Nam ex vndis lacrimas Nympharum natas ſomniare, nedum vertere ἄτοπον." Ouidius de morte Orphei Moſchum imitatur, Metam. Lib. XI. fab. I. v. 45.

> Te moeſtae volucres, Orpheu, te turba ferarum,
> Te rigidae ſilices, tua carmina ſaepe ſecutae
> Fleuerunt ſiluae: poſitis te frondibus arbos
> Tonſa comam luxit: *lacrimis quoque flumina dicunt*
> *Increuiſſe ſuis:* obſcuraque carbaſa pullo
> Naiades; et Dryades, paſſosque habuere capillos.

Moſchus huius idyllii v. 2. dixerat:

> Καὶ ποταμοὶ κλαίοιτε τὸν ἱμερόεντα Βίωνα.

In vtroque loco imitatus eſt ipſum Bionem, in Epit. Adon. v 33.

> Καὶ ποταμοὶ κλαίοντι τὰ πένθεα τᾶς Ἀφροδί-
> τας,
> Καὶ παγαὶ τὸν Ἄδωνιν ἐν ὤρεσι δακρύοντι.

vide Marci Hieronymi Vidae Ecl. II, 23. *Heskin.*

29. Κρανίδες ediderunt Steph. Schwebel. Valck. aliique. Warton tamen ad Theocrit. I, 22. ita laudat hunc locum, quaſi vnus Heskin edidiſſet κρανίδες, reliqui vero κρηνίδες. — γέντο poetice pro ἐγένετο. v. Maittaire de graecae linguae dialectis pag. 320. B.

30. Ἀχὼ) vide ad Bion. I, 38.

32. Δένδρεα καρπὸν ἔριψε) Ouid. ſupra citat:

— po-

— poſitis de frondibus arbos
Tonſa comam luxit. —

Theocr. Idyll. VII, 74. – καὶ – δρύες αὐτὸν ἐθρήνευν. vide notas in Bionis Epitaph. Adon. v. 33. Haec et quae praecedunt, feliciter imitatus eſt Spencerus noſtras.

The faded locks fall from the lofty oak,
The flouds do gaſp for dried is their ſtead perforce
The mantled meadows mourn
Their ſundry colours torn.
The feeble flocks in in field refuſe their former food,
And hang their heads, as they would learn to weep:
The beaſts in foreſt wail, as theywere wood,
Except the wolves, that chaſe the wandring ſheep
Now ſhe is gone that ſafely did hem Keep.
Shepherd's Calendar. Nouember. HESKIN.

33. μάλων – γλάγος) Acute hic Vulcanius. "In Henrici Stephani editione verſum eſt, *ex pomis non fluxit pulcrum lac.* quod ne viuo quidem Bione fluxit. Quis enim vnquam vel per ſomnium pomis vbera lacte manantia tribuit, cum magna τῶν μήλων h. e. ouium iniuria? Minus inſulſe Gambara, *lacteus in pomis rubet haud color.*" Ed. Vignon. vertit, *pomorum non rubuit albedo lactea*, eodem ſenſu, quo Gambara. Recte Vulcanii poetica verſio, *deſtituit pecudes lac dulce. Heskin.*

35. ἄλλο τρυγᾶσθαι) in veteribus nonnullis libris legitur, αὐτὸ τρυγᾶσθαι, notante Vrſino. *Heskin.* vide V. L. μέλιτος τῶ σῶ τεθν. *melle tuo extincto*, h. e. ornate, tua orationis ſuauitate, et vi eloquentiae morte abſumta: de eleganti mellis vſu et metaphora vide Theocr. XX, 29. ibique notam, atque ad Anthol. gr. poet.

poet. pag. 216. in τρυγᾶσθαι ornatus eſt poeticus: deriuatur autem a τρύγη, quae eſt ſecundum Heſych. ὁ πυρὸς, καὶ ἡ κριθὴ, καὶ πᾶς ἄλλος καρπὸς, καὶ ποιὰ βοτάνη. ad quod voc. haec adſcripſit Alberti col. 1428. 17. "Phot. Lex. MS. Τρύγη, παντὸς καρπȣ̃ συγκομιδή. Sic τρυγᾷν de omnibus fructibus, qui decerpuntur. Lucian. Ver. hiſt. Lib. II. pag. 653. de glandibus. Moſch. III, 35. de vuis, vt Dioſcorid. V, 27. etc. confer. voc. Τρυγῆσαι in v. Βλίσαι.„ Metaphora ab vuis ſumta, Mercurius quoque apud Lucian. in Tyranno Cap. V. fin. pag. 626. ſq. Tom. I. ad Clothon. de mortuis ſenioribus transuehendis: Ἰδοὺ πάλιν ȣ̃τοι δυεῖν δέοντες τετρακόσιοι, τακεροὶ πάντες, καὶ πέπειροι, καὶ καθ' ὥραν τετρυγημένοι. *En tibi hos etiam duodequadraginta maturitate mites omnes, et ſuo tempore ſ. opportune* vindemiatos! Clotho reſpondet: omnes ſunt ἀςαφίδες, paſſi et corrugati. Tum in genere notat, *minuere*, *atterere* etc. vide ad Anthol. gr. poet. pag. 55.

37. οὐ τόσον — Δελφὶν) Delphines vocem edunt humanis gemitibus ſimilem, muſicis harmoniis mirifice demulcentur; vt Arionis fabula teſtatur. Ingenti amore pueros proſequi ſolent et dorſo acceptos vltro citroque mare incolumes vectare et reducere: qui ſi quo caſu intereant, et ipſi Delphines moerore confecti moriuntur. Refert aliquot exempla Plinius Lib. IX. Cap. 8. De tali Delphinum luctu Moſchus hic loqui videtur. Ad fabulam Heſiodi Moſchum reſpicere coniicit Longopetraeus. Poeta enim iſto trucidato, (vt refert Plutarchus) corpus in pelagus proiectum: quod certo die, quo feſtum Neptuni celebratum

tum prope mare, Delphis in littus retulit: quod prodigium mortui vindicatio et percuſſorum ſupplicium conſequuta ſunt. *Heskin.*

38. Poeta adludere videtur Schwebelio ad fabulam illam, qua duae Pandionis filiae in aues; n. Procne in luſciniam, Philomela autem in hirundinem mutatae fuerunt. v. Apollodor. Lib. III. Cap. 13. §. 7. Contra Procnen in hirundinem, Philomelam vero in luſciniam commutatas fuiſſe, tradit Hygin. fab. 45. vbi v. Muncher. aliam Aedonis et Halcyonis fabulam exponit Antonin. Liberal. Metamorph. Cap. XI.

40. Fabulam Ceycis ornat Ouid. Metam. XI. fab. X. adde Apollodor. I. Cap. VII. §. 2. 3. III. Cap. 10. §. 1. et Schwebel ad noſtrum locum. Nimirum quum Ceyx, in ſuo ad oraculum Delphicum itinere, naufragio facto, periiſſet; ipſumque vxor eius Halcyone, antea per ſomnium monita, in mari vidiſſet mortuum: tanto angebatur dolore, vt ipſa ſeſe in mare ad maritum daret praecipitem. Quo facto, non ipſa ſolum, ſed Ceyx quoque deorum gratia in Halcyones. (*Eisvoegel*) mutati fuiſſe dicuntur. at ex hac narratione quoque patet, lectionem vulgarem ἴσχετο minus commodam eſſe. Hinc Valcken. pag. 85. poſt Vrſini collationem bene emendauit ἴαχε. vide V. L. Ita enim Ouid. l. m. verſ. 544.

> Halcyone Ceyca mouet: Ceycis in ore
> Nulla niſi Halcyone eſt.

et v. 562.

> — Plurima nantis in ore
> Halcyone coniux: illam meminitque refertque.

42. κη-

42. Κηρύλος) Cerylum marem vocant Halcedonis, qui vbi conſenuit, a coniuge alis impoſitus geſtari dicitur; et talis coniugii amor eſt in his auiculis, vt, quum altera ex iis interiit, quae ſuperſtes eſt, longo tempore amiſſam ſociam lugubri voce deploret. *Heskin.* Haec eſt ſententia Suidae h. v. et Antigoni apud ſchol. graecum ad Ariſtophanis Aues v. 300. item Scholiaſtis ad Theocr. VII, 57. quem vide. at ſecundum Ariſtotel. hiſt. anim. Lib. VIII. Cap. 3. Cerylus, auis quoque marina, fuit diuerſa ab Halcyone, cui adſtipulari Moſchus videtur Schwebelio, quem conſules. Antigoni locum quoque praebet Alberti ad Heſychii v. κείρυλος, quae eſt forma attica idem Heſychius v. κήρυλος, (vbi vide Alberti) ἄρσην ὄρνις, συνουσιαστικός· τινὲς δὲ, ἀλκυόνα.

44. Μέμνονος ὄρνις.) De auibus Memnonis vide Plin. Lib. X. Cap. 26. (ibique Harduin) et Ouid. Met. Lib. XIII. fab. 3.

> Terque rogum luſtrant, et conſonus exit in auras
> Plangor. — LONGOP.

48. καθεζόμεναι Δ' ἐπὶ πρέμνοις) particulam Δὲ vtpote contra graecae linguae genium otioſam, cum nec connectat, nec opponatur, delendam puto. *Heskin.* vide V. L.

49. αἱ δ' ὑπεφώνευν Ὄρνιθες. — — Λυπεῖσθε Πελειάδες ἀλλὰ καὶ ὑμεῖς.) Poſterior verſus diuerſo more ab aliis interpungitur, vt λ. π. ἀ. κ. ὑ. ſit vox ceterarum volucrum columbas obiurgantium; ſed verbum ὑπεφώνευν potius ſignificat illas luſciniarum et hirundinum concentui ſuos inſuper quaeſtus ob mortuum Bionem

nem addidiſſe, plenumque adeo chorum effeciſſe, quam columbarum neglectum, quae ſe luctui non coniunxerant, increpitaſſe. Vt pungimus, dolentis eſt poetae apoſtrophe ſubita et vehemens, quae orationis ſeriem interrumpit. Tales tranſitiones cuiusuis adfectus impetum aptiſſime deſignant. — Nobiscum ſenſit Longopetraeus. *Heskin.* adde V. L.

54. *πνέει*) comp. Theocr. I. verſ. 128.

55. Ἀχὼ — *ἀοιδάς*) Longopetraeus, vulgari expoſitione non contentus, vertit, *Echo autem ſuper calamos tuos tuorum carminum reliquias colligit:* quem ſenſum venuſtiorem adfirmat: licet nobis coactior, et verbis Moſchi minus conueniens videtur. *Heskin.* De *δοναx.* vide Theocr. Epigr. II, 3. *ἐπιβοσx. ἀοιδάς* formula eſſe videtur bucolica, *ſeruat cantus tuos*, *ita vt interdum reddat illos*, aut ſimilis fere illi Theocriti XI, 80. *ἐποιμαίνειν τὸν ἔρωτα.* Ad commendationem Bionis vimque doloris et iacturae magnitudinem indicandam multum valet hic verſus, et mentem ſenſus poetici mire capacem declarat: at nimis quoque ornatus nimisque viuidus eſſe videtur. adde V. L.

57. *μὴ δεύτερα — Φέρηται*) Theocritum I. verſ. 2. imitatur, quem tamen ſuperat:

— *ἁδὺ δὲ καί τυ*
Συρίσδες· μετὰ Πᾶνα τὸν δεύτερον ἆθλον ἀποισῇ

— *dulce et tu*
Fiſtula canis: poſt Panem ſecundum praemium aufe-res.

Mo-

Moſchum potius, quam Theocritum Virgil. Ecl. IV. verſ. 58.

> Pan etiam Arcadia mecum ſi iudice certet,
> Pan etiam Arcadia dicat ſe iudice victum.

LONGOPETR.

ἐρεῖσαι τὸ στόμα, *animum excitare* ſ. *firmare ad canendum*, ſ. *cantare*, ſimile eſt illi Theocriti XXI, 21. vbi v. notam, ἤρεθον ᾠδάν.

60. ἕζομεν. περὶ σεῖο) videtur poeta ad Bionis idyllium de Galatea, cuius fragmentum ſolum ſupereſt, adludere. *Longop.* adde V. L. et Theocr. XI.

66. Hic et ſequentes verſus ſummo cum adfectu fuſi ſunt ad grauitatem doloris non minus quam iacturae ſenſum commonſtrandum. conf. Bion. I, 80. ſqq. ibique not. et Virgil. Ecl. V. inprimis v 34.

> Tu decus omne tui: poſtquam te fata tulerunt,
> Ipſa Pales agros: atque ipſe reliquit Apollo.

69. Ἁ Κύπρις φιλέει — φίλασε) Adludit Moſchus ad illa Bionis in Epitaphio Adon. v. 11.

> — — ἀμφὶ δὲ τήνῳ
> Θνάσκει καὶ τὸ φίλαμα καὶ οὐ ζώοντος ἀρέσκει·
> Ἀλλ' οὐκ εἶδεν Ἄδωνις ὅ μιν θνάσκοντ' ἐφίλασεν.

et verſ. 49.

> — φίλαμα δὲ τοῦτο φυλάξω
> Ὡς αὐτὸν τὸν Ἄδωνιν. —

Moſchum haec Bionis prae oculis habuiſſe ex ſolo verbo πρώαν adparet: *oſculum, quo Adonim morientem* nuper *oſculata eſt*, h. e. *in deſcriptione, quam* nuper *feciſti.* Longop. *Heskin.*

72. Τοῦ-

72. Τοῦτο, Μέλη —) Meles fluuius Ioniae, qui Smyrnae moenia adlauat, a nonnullis Homeri pater dicitur: vnde vates Meleſigenes adpellatus, antequam oculis captus fuiſſet: poſtea ab illo malo nomen Homeri conſequutus· *Longop.*

73. Τῆνο τὸ καλλιόπας γλυκερὸν ϛόμα) elegantiſſima loquutio. Dionyſius poeta et rhetor in Elegiis poeſin κραυγὴν καλλιόπης dixit, teſte Ariſtotele. Vetus epigramma in nouem lyricos ſic incipit:

Πίνδαρε, Μυσάων ἱερὸν ϛόμα,

Paullus Silentiar. Anthol. Lib. 3.

— — Πιερίδων τὸ σοφὸν ϛόμα, θεῖον Ὅμηρον.

Imitatus eſt Moſchum in Epigrammate quodam Politianus,

Τῆνο τὸ καλλιόπης ἱερὸν ϛόμα. Pleraque e Longop. *Heskin.* inſeruit illa formula periphraſi poetae inſignis. Theocr. VII, 37. vbi v. not.

Καὶ γὰρ ἐγὼ μοισᾶν κάπυρον ϛόμα.

79 - 82. Huic loco non multum diſſimile illud Horatii Lib. I. od 6.

Nos, Agrippa, neque haec dicere, nec grauem
Peleidae ſtomachum, cedere neſcii,
Nec curſus duplicis per mare Vlyſſei,
  Nec ſaeuam Pelopis domum
Conamur, tenues grandia: — —
Nos conuiuia, nos proelia virginum
Sectis in iuuenes vnguibus acrium
Cantamus vacui: ſiue quod vrimur,
  Non praeter ſolitum leues.

HESKIN.

Ornate vero poeta deſignat argumenta carminum heroicorum et bucolicorum.

84. Graecos pulcritudini atque amoribus multum nimiumque tribuiſſe, notum eſt. v. Schwebel, qui quoque memorat, apud Niſaeos Megarenſes fuiſſe feſtum, in quo pueri oſculis de palma certabant, ita, vt cui iudex ad diiudicanda oſcula conſtitutus, eam tribuiſſet, is coronis exornatus rediret domum. Theocrit. XII, 30.

89. *Πίνδαρον οὐ ποθέοντι τόσον — Ὕλαι)* Vocem *ὕλαι* vertunt interpretes *ſiluae;* ego vero puto *κούριον* eſſe, et verti debere *Hylae.* Vrbecula fuit Boeotiae non longe a Thebis, de qua Strabo Lib. IX. et Plin. Lib. IV. Cap. 7. Eam Homerus memorat Iliad. Ε', 708.

Ὅς ῥ' ἐν Ὕλῃ ναίεσκε πλούτοιο μεμηλὼς,
Λίμνῃ κεκλιμένος Κηφισσίδι, παρ' δὲ οἱ ἄλλοι
Ναῖον Βοιωτοί. —

Ad quae ſcholiaſtes *Ὕλη πόλις Βοιωτίας.* Nec me mouet, quod Thomas Magiſter ait, Pindarum Cynoſcephalis natum fuiſſe: non enim tantae eſt auctoritatis Thomas Magiſter, vt opponatur Moſcho, antiquiſſimo ſcriptori: tum (cum Plinius Hylas, nam pluraliter etiam dicunt, ponat inter Megarum et Thebas; Xenophon vero Cynoſcephalas inter Theſpias et Thebas) poteſt mons, vel vicus Cynoſcephalae Hylaeorum fuiſſe et in eius vrbis vicinia. Certe, cum hoc loco Moſchus vniuscuiusque poetae celebris patriam nominatim ponat; Heſiodi Aſcram, Alcaei Lesbon, Simonides Ceium vrbem, Archilochi Parum, Sapphus Mytelenam, cur ſiluas tantum Pindaro daret? cuius non

minus

minus honoranda patria, quam ſupradictorum. Nam dum dicit Βοιωτίδες non vacat; ſed id addit ad differentiam aliarum vrbium eius nominis, quarum vna in Locride, altera in Ionia, altera in Caria fuit. *Palmerius* in Exercitat. ad Graec. ſcriptores. Habet aliquid ſimile illud Virgilii VI. Ecl. 28.

Nec tantum Phoebo gaudet Parnaſſia rupes,
Nec tantum Rhodope miratur et Iſmarus Orphea.

HESKIN.

In comparatione tantorum poetarum ſumma Bionis eſt laudatio, et ſententiae magnitudo. De locis a Moſcho memoratis multus eſt Schwebel.

90. ἐρανναὰ eſt ex correctione Adriani Heringae apud Valcken. poſt Vrſini collationem pag. 77. (vide V. L.) vbi Valcken. "eam in rem, inquit, egregii ſunt verſus e Phanoclis Elegia apud Stobaeum Floril. pag. 400. v. 5. ſic de Lesbo loquentis:

Ἐκ κείνου μολπαί τε καὶ ἱμερτὴ κιθαριστὺς
Νῆσον ἔχει· πασέων τ' ἐστιν ἀοιδοτάτη.

94. Πάντες — στόμα Βωκολιάσαι). Hic verſus et ſex ſequentes in vetuſtiſſimis editionibus deſunt. M. Muſurus Cretenſis, vt nonnulli aiunt, talia deeſſe videns, hos de ſuo addidit. Quamquam Scaliger Moſchi eſſe adfirmat, Muſurumque eos in vetere MSto libro, qui Mureto etiam Romae a 1549. communicatus eſt, inueniſſe contendit. Addit inſuper ante hos ſex verſus alium legi,

Πάντοσε κλαύσει σ' ἡ νῆσος, Σικελή τ' Ἀρέθουσα.

 quem

quem vt ſuppoſititium iuſte reiecit. Longopetraeus autem vel Muſuri vel cuiusuis Moſcho poſterioris eſſe hos verſus ſuſpicatur. Loquutiones enim plerumque a Theocrito deſumtae: quod vix feciſſet Moſchus, Theocriti coaetaneus. Illud Καπυρὸν ϛόμα ἐκ μοισᾶν manifeſte ex Theocriti Thalyſ. v. 37. tractum,

Καὶ γὰρ ἐγὼ Μοισᾶν κάπυρον ϛόμα.

Et quod hic de Lycida ſequitur:

Ὁ πρὶν μειδιόωντι σὺν ὄμματι Φαιδρὸς ἰδέσθαι.

ex Theocriti eiusdem Lycidae deſcriptione Thalyſ. verſ. 19.

— Καὶ μ' ἀτρέμας εἶπε σεσαρὼς
Ὄμματι μειδιόωντι, γέλως δὲ οἱ εἴχετο χείλευς.

et v. 128. — ἀδὺ γελάσσας Ὡς πάρος. — Vtrum vero hi verſus Moſchi an Muſuri, an alius cuiusuis ſint, neſcio: hoc certe tamen ſcio, cuiuscunque ſint, elegantiſſimos et optimo ſcriptore dignos eſſe. *Heskin.* vide V. L. et notas ad v. 73. et ad Theocrit. II, 85. Warton. ad Theocr. VII, 37. vbi de noſtro quoque loco late diſſerit.

96. Κλαίει Σικελίδας) Sicelides, id eſt, Aſclepiades, qui Sicelidae filius fuit. Patris nomen pro proprio. Fuit hic epigrammatum ſcriptor, de quo vide Theocrit. in Thalyſſ. v. 40. *Heskin.* vide ſchol. et notas ad illud Theocr. idyll. ſiue VII, 40.

Ibid. ἐν δὲ Κύδωσιν — Λυκίδας —) Cydones auſtralem Cretae regionem incolunt. Strabo Lib. II. hinc natus fuit Lycidas, Bucolicus, de quo multa in Thalyſiis Theocritus. *Heskin.*

99. Τριο-

99. Τϱιοπίδαις — Φιλητᾶς) Triopus ciuitas (vnde Triopiadae, vna ex tribus in Co inſula) patria Philetae. Haleus fluuius eodem in loco. Philetas nobilis elegiographus, et criticus fuit, praeceptor Ptolemaei Philadelphi, et amicus Theocriti. *Heskin.* conf. Callim. H. in Cerer. 31. ibique Graeuium et Spanhem. Theocr. XVII, 68. ibique ſchol. et notam. Fluuius Ales vero in Co, ex Theocr. VII, 1. memoratus, rarius occurrit, et diuerſus ab Halente in Italia apud Theocr. V, 123. vbi vide ſchol. et notam.

101. Αὐσονίκας ὀδύνας) Auſonius Pontus dictum fuit mare Siculum, ab Auſone filio Vlyſſes, et Calypſus, qui totam illam oram tenuit, Suida teſte. Ergo, quum Moſchus fuerit Syracuſanus, hoc ſuum carmen Auſonicum vocat. *Heskin.*

105 - 111. Αἲ αἲ ταὶ μαλάχαι — — νήγϱετον ὕπνον). Eandem ſententiam tractauit C. Pedo Albinouanus in obitum Maecenatis;

> Redditur arboribus florens reuirentibus aetas,
> Ergo non homini quod fuit ante redit?
>
> VVLCANIVS.

Pulcerrime hanc ἔννοιαν ornauit nobilis poetria, La Marquiſe de Peſcaire:

> Coſi ſi fugge il tiempo, et col fuggire
> Ne porta gli anni, el viver noſtro inſieme.
> Ch' à noi culpa del ciel piu fiorire
> Come queſte faran, manca la ſpeme
> Certi non d' altro mai ohe di morire,
> O d'alto ſangue nati, o di vil ſeme;
> Ne quanto puo donar benigna ſorte
> Fara verſo di noi pietoſa morte.

Longopetr. Non multum abſimile illud Catulli huic Moſchi loco:

> Soles occidere, et redire poſſunt:
> Nobis quum occidit breuis lux,
> *Nox eſt perpetua vna dormienda.*

vltima certe linea illius Moſchi Ἑυδομες κ. τ. λ. traductio videtur. Spencerus eleganter poetam noſtram imitatus eſt:

> Whence is it that the flower of the field doth fade,
> And lyeth buried long in winter's bale?
> Yet ſoon as ſpring his mantle doth display,
> It floweth freſh, at it ſhould never fail.
> But thing of earth that is of moſt avail,
> As virtues branch, and beauties bud,
> Reliven not for any good.

Mire huc faciunt illa Iobi Cap 14. v. 2. Homo natus muliere, breui aetate et ſatur commotione; vt flos ſimulac egreſſus eſt, ſucciditur et fugit, velut vmbra, neque conſtitit. — Nam eſt de arbore ſpes, ſi exſcindatur, adhuc repullaturam, et tenerum ramum eius non deſtiturum: quum valde ſenuerit in terra radix eius, adeo vt in puluere iam moriturus fuiſſet pes eius *ſucciſae*, ex odore aquarum regerminat, et agit ramum, velut planta. At vir moritur debilitate fractus: cumque exſpirauit homo, vbinam eſt? — Vir quum occubuit, non reſurgit, vſque dum non erunt coeli, non excitabuntur *viri*, neque expergiſcentur e ſomno ſuo. *Heskin.*

106. Μαλάχαι) Plin. H. N. XX. Cap. 21. init. vbi v. Harduin. "in magnis laudibus *malua* eſt vtraque, et ſatiua et ſilueſtris. Duo genera earum ampli-

plitudine folii diſcernuntur. Maiorem Graeci *malopem* vocant in ſatiuis. Alteram (n. e ſatiuis) ab emolliendo ventre dictam putant *malachen.* „ Adde Plin. XIX, 4. et Salmaſii Exercitt. Plinian. pag. 206. F. ed. Vltraiect.

107. σέλινα) vide Plin. XX. Cap. 11. ad Theocrit. VII, 22. 23. et Schwebel. — ἄνηθον eſt Germanorum *Tille.* a Theocrito VII, 63. cum roſis et violis iungitur, adde Virgil. Ecl. II, 48. vbi v. cl. Heyne.

109. σοφοὶ ἄνδρες poetae ſunt intelligendi, nam poetas per eminentiam *doctos* vocari, notum eſt. Theocr. XVII, 6. σοφῶν ἐκύρησαν ἀοιδῶν *praeclaros*, doctos, *cantores* h. e. poetas, *nacti ſunt.* adde V. L.

113. Conf. Theocr. VII, 41.

118. ἢ κεράων τοι Ἢ δῦναι καλέων τοι φάρμακον) Sic editio F. Vrſini, (licet in ſuperiore verſu pro πῶς habeat τίς vitioſe): ſic et maior librorum copia. Nonnulli tamen pro τοι in vtroque loco τί. In duobus vetuſtiſſimis exemplaribus Vrſinus ſcriptum reperit, ἢ κεράσαι τοι, ἢ δῦναι λαλέοντι. eamdem etiam in aliis lectionem, excepto, quod cum vulgatis καλέοντι habeant. *Heskin.* vide V. L.

124. Theocritus XVI, 52. de Vlyſſe canit, αἴδαν εἰς ἔσχατον ἐλθὼν ζωὸς, *qui ad extremum orcum deſcendit viuus adhuc.*

127. vide ad Bion. VII, 1.

128. Κἠκείνη Σικελαῖς καὶ Αἰτναίαισιν ἔπαιζεν Ἀόσι —) Sic editiones omnes, niſi quod Vrſini habeat Σικελαῖσιν ἐν Αἰτναίαισιν. Sed quid vult *in Siculo* et

Aetnaeo littore? An non Aetnaeum littus Siculum eſſe omnes ſciunt? In veteribus libris ſe κῂ κεῖνος (in aliis) κῂ κείνη Σικελικὰ ἐν Ἀιτναίαισιν reperiſſe teſtatur Vrſinus: quae licet lectio vitioſa ſit, ad veram tamen ducit, quae videtur eſſe:

> Σικελικὰ κἀκείνη ἐν Ἀιτναίαισιν ἔπαιξεν
> Ἀιόσι. — —

Hac emendatione admiſſa, recte procedit ſententia, et ſibi reſpondet. *Sed apud Proſerpinam Siculum aliquid carmen modulare, et ſuaue aliquid Bucolicum cane: nam et ipſa Proſerpina Sicelis fuit, et Aetnaeo in litore luſit, et Doricos cantus nouit.* HESKIN. vide V. L:

129. – ὐκ ἀγέραςος Ἐσσεῖθ' ἁ μολπά). Adludit forſan ad illud Bionis fragmentum,

ΜΕΓΑΡΑ ΓΥΝΗ ῾ΗΡΑΚΛΕΥΣ.

Ἐιδύλλιον δ' *).

Μᾶτερ ἐμὰ, τιφθ' ὧδε φιλον κατὰ θυμὸν ἰάπτεις,

Ἐκ-

*) In exemplo Schwebelii locum occupat tertium. In Calliergi edit. inter Theocritea receptum hanc habet inſcriptionem: Μεγαρα γυνη Ἡρακλεους εἰδυλλιον εἰκοςον ἑκτον. Δωριδι· at, notante iam Valckenario hoc quoque carmen ſub *Moſchi* nomine inuenerunt in

Μηδὲ λίπῃς μ' ἀγέραστον· ἐπὴν χ' ὡ Φοῖβος ἀεί-
δειν

Μίσθον ἴδω. — LONGOP.

131. Conf. Apollod. I. Cap. 3. § 2. et comment. Heuſiugeri editioni Plutarchi de educatione ſubiunctam.

132. *τοῖς ὤρεσιν*) *montibus* h. e. monti Aetnae, verſ. 128. memorato, ſi ſana ibi eſt lectio. vide Theocrit. VII, 152. vbi *ἐν ὤρεσι* pro monte Aetna bucolicorum more dicitur. Bucolice quoque ait poeta, *remittet montibus*, quia paſtores in montibus potiſſimum vitam egerunt. vide ſupra v. 23. et ad Bion. I, 8.

133. Bene comparat Valcken. poſt Vrſini collationem, pag. 88. Virgil. IX. Aen. 446.

— Si quid mea carmina poſſunt,
Nulla dies vnquam memori vos eximet aruo.

MEGARA VXOR HERCVLIS.

IDYLLIVM IV

Mater mea, quid ita earum animum affligis,

Q 5 Hor-

Codd. Michael Sophianus, H. Stephanus et Fuluius Vrſinus; et addit: " quae praecedunt, vt Moſchi poemata, Ἔρως δραπέτης· Εὐρώπη· Ἐπιτάφιος Βίωνος· primum certe et tertium peruenuſta ſunt: ſed hoc carmen, Megarae continens et Albmenae querelas, cum

'Εκπάγλως ἀχέοισα; τὸ πρὶν δὲ τοι ὐκ ἔτ' ἔρευθος
Σώζετ' ἐπὶ ῥεθέεσσι; τί μοι τόσον ἠνίησαι;
Ἦ ῥ' ὅτι ἄλγεα πάσχει ἀπείριτα φαίδιμος υἱὸς
'Ανδρὸς ὑπ' ὐτιδανοῖο, λέων ὡσεὶ θ' ὑπὸ νεβρῦ;
Ὤ μοι ἐγὼ, τί νυ μ' ὧδε θεοὶ τόσον ἠτίμασαν
'Αθάνατοι; τί νυ μ' ὧδε κακῇ γονέες τέκον αἴσῃ;
Δύσμορος, ἥτ' ἐπεὶ ἀνδρὸς ἀμύμονος ἐς λέχος ἦλθον,
Τὸν μὲν ἐγὼ τίεσκον ἴσον φαέεσσιν ἐμοῖσιν,
'Ηδ' ἔτι νῦν σέβομαί τε καὶ αἰδέομαι κατὰ θυμόν.
Τῦ δ' ὔτις γένετ' ἄλλος ἀποτμότερος ζωόντων,
'Ουδὲ τόσων σφετέρῃσιν ἐγεύσατο φροντίσι κηδέων.
Σχέτλιος, ὃς τόξοισιν, ἅ οἱ πόρεν αὐτὸς 'Απόλλων,
'Ηέ τινος Κηρῶν, ἢ 'Ερυννύος αἰνὰ βέλεμνα,
Παῖδας ἑὺς κατέπεφνε, καὶ ἐκ φίλον εἵλετο θυμὸν,

Μαι-

iſtis, me iudice, non aequiparandum, neque eiusdem eſſe videtur poetae, ſed illius potius, cuius inter Theocritea legitur (XXV) Ἡρακλῆς λεοντυφόνος.,, Denique Brunck ad v. 22. "Idyllium, inquit, hoc ionica dialecto ſcriptum eſt. Doriſmi, qui in eo obtinent, librariis imputandi ſunt, quorum memoriae inhaerebant e frequenti in ſuperioribus Bucolicorum poematiis vſu.,, Hinc doriſmos ille ſuſtulit: quod ſemel notandum erit. Ideo dedit v. 1. μῆτερ ἐμή, v. 2. ἀχέυσα, v. 6. ἠτίμησαν, v. 14. κηρῶν, v. 30. ἔχουσα, v. 38.

Horrifice gemens? priſtinus vero tibi non amplius rubor
Conſeruatur in genis? quid mihi adeo moerore conficeris?
Anne quod infinitas patitur aerumnas inclytus filius
A viro nihil, (*Euryſtheo*) tanquam leo ab hinnulo?
Heu mihi! cur me ita Dii contumelia affecerunt
Immortales? cur me ita aduerſo parentes genuerunt fato?
(O ego) infelix! quae poſtquam viri inculpati in torum veni.
Eum quidem colebam ſicut oculos meos,
Et adhuc veneror ac reuereor ex animo:
Sed hoc nemo fuit alius miſerior viuentium,
Neque guſtauit ſuis in curis tantum dolorum.
Miſer, qui arcu, quem illi praebuit ipſe Apollo,
Vel alicuius ex Parcis aut Furiae diris telis
Liberos ſuos interfecit, et illis caram eripuit animam,

Furens

῞Ηρης etc. 2. οὐκέτι Brunck. 3. ἐπὶ ῥεθέεσσι a Stephano, ἐπιῤῥεθέεσι, Ald. Callierg. Iunt. F. Vrſin. 6. οἴμοι Schier. 9. Brunckio lectio cod. Caeſ. ἶσα φαέεσσιν elegantior eſſe videtur. 12. οὐδὲ τόσον a Stephano in recentiores venit edd. et Brunck in textu quidem ita quoque edidit: at in notis ex veteribus edd. Ald. Callierg. et Vrſini atque cod. Caeſareo reuocauit veram lectionem οὐδὲ τόσων, quam eum Valckenario reſtitui. 13. τόξοισιν Valck.

Μαινόμενος κατὰ οἶκον· ὁ δ' ἔμπλεος ἔσκε φόνοιο.
Τὺς μὲν ἐγὼ δύςηνος ἐμοῖς ἴδον ὀφθαλμοῖσι
Βαλλομένυς ὑπὸ πατρί (τόδ' ὐδ' ὄναρ ἤλυθεν ἄλ-
λῳ)
Ὀυδέ σφιν δυνάμην ἀδινὸν καλέυσιν ἀρῆξαι
Μητὲρ' ἐήν· ἐπεὶ ἐγγὺς ἀνίκατον κακὸν ἦεν.
Ὡς δὲ τ' ὀδύρεται ὄρνις ἐπὶ σφετέροισι νεοσσοῖς
Ὀλλυμένοις, ὓς τ' αἰνὸς ὄφις ἔτι νηπιάχοντας
Θάμνοις ἐν πυκινοῖσι κατεσθίει· ἡ δὲ κατ' αὐτὺς
Πωτᾶται κλάζυσα μάλα λιγὺ πότνια μήτηρ,
Ὀυδ' ἄρ' ἔχει τέκνοισιν ἐπαρκέσαι· ἦ γάρ οἱ αὐτῇ
Ἆσσον ἴμεν μέγα τάρβος ἀμειλίκτοιο πελώρυ·
Ὡς ἐγὼ αἰνοτόκεια, φίλον τέκος αἰάζυσα,
Μαινομένοισι πόδεσσι δόμον κάτα πολλὸν ἐφοίτων.
Ὡς γ' ὄφελον μετὰ παισὶν ἅμα θνήσκυσα, καὶ αὐ-
τὴ
Κεῖσθαι, φαρμακόεντα δι' ἥπατος ἰὸν ἔχοισα,
Ἄρτεμι θηλυτέρῃσι μέγα κρείυσα γυναιξί.
Τῷ χ' ἡμᾶς κλαύσαντε, φίλαις ἐπὶ χερσὶ τοκῆες
Πολλοῖς σὺν κτερέεσσι πυρῆς ἐπέβησαν ὁμοίης·

Καί

20. ἀνίκητον dedit Valck. ex cod. Vindobon. quam lectionem iam ante probauerat Brunck. in notis. mox καλὸν Callierg. vitio operarum credo. 27. φίλον γόνον ſcripſit Brunck e coniectura, forte quia in cod. Caeſ. reperitur τόκον, quae, ait poſita in ſingulari de pluribus natis non poſſunt intelligi. 28. δόμον κάτα πολ-

Furens in domo: atque plenus caedis erat.
Hos ego infelix oculis meis vidi
A patre confixos: (quod neque per ſomnium alteri in mentem veniret)
Neque ipſis poteram opem ferre crebro inuocantibus
Matrem ſuam: quoniam imminebat inſuperabile malum.
Verum vt queritur auicula ob ſuos pullos
Pereuntes, quos ſaeuus anguis adhuc paruulos
In denſis arbuſtis deuorat; ipſa vero circum ipſos
Volat ſtridens admodum acuta voce pia mater,
Neque ſane poteſt filiis opem ferre: nam et ipſa
Valde metuit prope accedere ad immite monſtrum:
Ita ego infelix mater, caram prolem deplorans,
Pedibus furioſis per domum amplam currebam.
Vtinam cum filiis ſimul mortua et ipſa
Strata iacuiſſem, venenatam in iecore ſagittam habens,
O Diana mollibus potenter imperans mulieribus.
Tunc nos vbi defleuiſſent, amicis manibus parentes
Vna cum multis inferiis in communi poſuiſſent rogo:

Et

λὸν, domus *ampla*, inquit Vrſin. ſic recte dicta non debuerat eſſe viro D. ſuſpecta. 31. Verſus hic Ruhnkenio ab hoc loco alienus videtur, et aliunde temere huc immiſſus. In hoc verſu deſinit cod. Caeſar. 32. τῶ ſine iota ſubſcripto Callierg. edidit more ſuo.

Καί κεν ἕνα χρύσειον ἐς ὀςέα κρωσσὸν ἁπάντων
Λέξαντες, κατέθαψαν, ὅθι πρῶτον γενόμεσθα.
Νῦν δ' οἱ μὲν Θήβην ἱπποτρόφον ἐνναίουσιν,
'Αονίου πεδίοιο βαθεῖαν βῶλον ἀροῦντες·
'Αυτὰρ ἐγὼ Τίρυνθα κατὰ κραναὴν πόλιν Ἥρας,
Πολλοῖσιν δύςηνος ἰάπτομαι ἄλγεσιν ἦτορ.
'Αιεὶ ὁμῶς. δακρύων δὲ πάρεςί μοι οὐδ' Ἴ' ἐρωή.
'Αλλὰ πόσιν μὲν ὁρῶ παῦρον χρόνον ὀφθαλμοῖσιν
Οἴκῳ ἐν ἡμετέρῳ· πολέων γὰρ οἱ ἔργον ἑτοῖμον
Μόχθων, τοὺς ἐπὶ γαῖαν ἀλώμενος ἠδὲ θάλασσαν
Μοχθίζει, πέτρης ὅγ' ἔχων νόον ἠὲ σιδήρου
Καρτερὸν ἐν ςήθεσσι· σὺ δ' ἠύτε λείβεαι ὕδωρ,
Νύκτας τε κλαίουσα, καὶ ἐκ Διὸς ἤμαθ' ὁπόσσα.
Ἄλλος μὰν οὐκ ἄν τις ἐϋφρήναι με παραςὰς,
Κηδεμόνων· οὐ γάρ σφε δόμων κατὰ τοῖχος ἐέργει,
Καὶ λίην πάντες γε πέρην πιτυώδεος Ἰσθμοῦ
Ναίουσ'· οὐδέ μοι ἐςὶ πρὸς ὅντινά κε βλέψασα,
Οἷα γυνὴ πανάποτμος, ἀναπτύξαιμι φίλον κῆρ,
Νόσφι γε δὴ Πύῤῥης συνομαίμονος· ἢ δὲ καὶ αὐτὴ

'Αμφὶ

36. Θήβην κουροτρόφον, Ald. Callierg. et Vrſin. ex cod. MS. vtrumque Thebis congruit. vide notam. 39. πολλοῖσι Brunck. 40. 'Αιὲν ὁμῶς Brunck. et Valck. dein Valck. haud ſpernit Pierſoni ſuſpicionem πάρεςί μοι οὐκὶ ἐρωή. 42. ἕτοιμον Ald. Callierg. Vrſin. 46. ἤμαθ' ὁπόσσα Callierg. et rel. ἤματα πάν-

Et omnium oſſa in vna aurea vrna
Collecta, in eo loco vbi primum nati ſumus, ſepeliuiſſent.
Nunc vero illi Theben equorum altricem incolunt,
Aonii campi pinguem glebam arantes:
Ego vero in Tirynthe aſpera Iunonis vrbe
Multis miſera afficior doloribus cor
Eodem modo ſemper: neque a lacrimis vlla eſt quies.
Sed maritum exiguo tempore oculis conſpicio
Domi noſtrae: nam illi multorum paratum eſt opus.
Laborum, quos terra marique oberrans
Suſtinet, ex ſaxo aut ferro animum habens
Rigidum in pectore: tu vero ſicut aqua liqueſcis,
Per noctes lugens, et ex Ioue quotquot dies ſunt.
Alius autem nemo me exhilararit adſtans
Affinium: non enim illos aedium paries retinet,
Sed omnes procul vltra pinoſum Iſthmum (*Corinthiacum*)
Habitant: neque vllus eſt, ad quem reſpiciens,
Vt mulier afflicta, meam mentem explicare poſſim;
Excepta Pyrrha ſorore: ea vero et ipſa

Pro-

τα Ald. F. Vrſinus reperit in cod. MS. 47. μὴν ſcribendum videtur Brunckio et Valcken. 49. λίαν—πέραν Callierg. 51. ἀναπτύξαιμι ex codd. Aldino et Pariſino reſcripſi cum Brunckio et Valck. pro vulgato ἀναψύξαιμι.

Ἀμφὶ πόσει σφετέρῳ πλέον ἄχθεται Ἰφικλῆϊ,
Σῷ υἱῷ· πάντων γὰρ ὀϊζυρώτατα τέκνα
Γείνασθαί σε θεῷ τε καὶ ἀνέρι θνητῷ ἔολπα.

Ὣς ἄρ' ἔφη· τὰ δέ οἱ θαλερώτερα δάκρυα μήλων
Κόλπον ἐς ἱμερόεντα κατὰ βλεφάρων ἐχέοντο,
Μνησαμένῃ τέκνων τε καὶ ὧν μετέπειτα τοκήων.
Ὣς δ' αὔτως δακρύοισι παρήϊα λεύκ' ἐδίαινεν
Ἀλκμήνη· βαρὺ δ' ἦγε καὶ ἐκ θυμοῦ στενάχουσα,
Μύθοισιν πυκινοῖσι φίλην νυὸν ὧδε μετηύδα.

Δαιμονίη παίδων, τί νύ τοι φρεσὶν ἔμπεσε τοῦτο
Πευκαλίμης; πῶς ἄμμ' ἐθέλεις ὀροθυνέμεν ἄμφω,
Κήδε' ἄλαστα λέγουσα; τὰ δ' οὐ νῦν πρῶτα κέκλαυ-
ται.
Οὐχ' ἅλις οἷς ἐχόμεσθα τὸ δεύτατον αἰεὶ ἐπ' ἦμαρ
Γιγνομένοις; μάλα μέν γε φιλοθρηνής κέ τις εἴη
Ὅστις ἀριθμήσειεν ἐφ' ἡμετέροις ἀχέεσσιν.

Θάρ-

58. τεκέων cod. Regius, Ald. et Brunck. inuito Valckenario: ſiquidem in hoc ipſo verſu ſtatim ſequitur τοκήων. 61. μύθοισι Brunck, ob vltimam ſyllabam vi caeſurae productam. 61. μετάυδα Schwebel. Heskin. Schier. μετηύδα reliquae, quas conſului, editiones. 64. πρῶτα κέλονται Ald. quam lectionem Vulcanius quoque, dum vertit, *qui non nunc primitus vrgent*, ob oculos habuiſſe videtur Schwebelio, qui tamen vulgatam probat lectionem, communi veterum editionum conſenſu comprobatam. 65. ἦ οὐχ ἅλις ex

Propter virum ſuum Iphiclum, multo dolore conficitur,
Filium tuum: omnium enim aerumnoſiſſimos liberos
Te Deo et viro mortali peperiſſe credo.
Sic locuta eſt: et humidae lacrimae per malas
In pulchrum ipſius ſinum e palpebris fundebantur,
Recordanti liberorum et ſuorum deinde parentum.
Eodem autem modo lacrimis albas genas rigabat
Alcmena: grauiter autem haec et ex animo ingemiſcens,
Verbis ſapientibus caram nurum ſic allocuta eſt:
Filia prolibus infelix, quomodo hoc in mentem venit tibi
Triſtem? quomodo nos vis commouere ambas,
Intolerabiles curas commemorans? quas non nunc primum defleuimus.
Annon ſufficiunt, quibus afficimur ſemper in proximum quemque diem
Incidentibus? vt admodum lugendi cupidus ſit,
Qui noſtra mala numerare velit.

Bono

cod. Regio edidit Brunck. tamquam Homericum, laudato Clarkio ad Homer. Iliad. E'. 349. nec improbat Valck. qui etiam in hoc verſu ſcripſit αἰὲν ἐπ' ἦμαρ. — Callierg. — ἅλις οἷ' ἐχόμεσθα. 66. φιλοθ. κέτ' ἂν Ald. φιλοθ. κατ' ἂν εἴη ed. Flor. Haec et vicina obſcura et vitiata eſſe merito videntur Valckenario, qui praeter ea nec ἀριθμῆσαι ἐφ' αἰχέεσσι graece dici, nec, ſi vel ita diceretur, ſenſum his commodum ineſſe pronuntiat.

Θάρσει· οὖ τοιῆσδ' ἐκυρήσαμεν ἐκ θεοῦ αἴσης.
Καὶ δ' αὐτὴν ὁρόω σε, φίλον τέκος, ἀτρύτοισιν
Ἄλγεσι μοχθίζουσαν· ἐπιγνώμων δέ τοι εἰμί
['Ασχαλάαν, ὅτε δή γε καὶ εὐφροσύνης κόρος ἐςί]
Καί σε μάλ' ἐκπάγλως ὀλοφύρομαι ἠδ' ἐλεαίρω,
Ὅυνεκεν ἡμετέροιο λυγροῦ μετὰ δαίμονος ἔσχες,
Ὅς θ' ἡμῖν ἐφύπερθε κάρης βαρὺς αἰωρεῖται.
Ἴςω γὰρ Κούρη τε καὶ εὐέανος Δημήτηρ,
(Ἅς κε μέγα βλαφθείς τις ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσαι
Δυσμενέων), μηδέν σε χερειότερον φρεσὶν ἦσι
Στέργειν, ἤ εἴπέρ μοι ὑπ' ἐκ νηδυιόφιν ἦλθες,
Καί μοι τηλυγέτη ἐνὶ δώμασι παρθένος ἦσθα·
Οὐδ' αὐτήν γε νυ πάμπαν ἔολπά σε τοῦτό γε λή-
θειν.
Τῷ μηδ' ἐξείπῃς τόγ', ἐμὸν θάλος, ὥς σευ ἀκηδέω·
Μηδ' εἴ κ' ἠϋκόμου Νιόβης πυκινώτερα κλαίω·
Οὐδὲν γὰρ νεμεσητὸν ὑπὲρ τέκνου γοάασθαι

Μη-

68. Acuta et mire probabilis eſt Valck. coniectura. Θάρσει γοῦν· τοιῆσδ' ἐκυρήσαμεν ἐκ θεοῦ αἴσης· *Obdura itaque; tam triſte fatum diuinitus fuimus ſortitae.* 74. Κάρη Ald. 76. ἐπίορκος, Ald. Callierg. et Vrſin. tum ὀμόσσαι ſcribendum monuerunt Stephan. ac Br. et cum Valck. in textum admiſi, atque ſic Apollon. Argon. IV, 1086. μήτ' οὖν αὐτὸν ἑκων ἐπίορκον ὀμόσσαι Θείης 'Αισονίδην, *ne ipſum volens periurium iuraſſe Concedas Aeſonidem.* — vulgo ὀμόσσῃ, vide not. 78. vulgatum νηδυόφιν ſuſpectum eſt Brunckio, ob productam

Bono animo eſto: non tale fatum ex deo ſortitae ſumus.
Nam te quoque video, chara filia, ingenti
Dolore confici: ignoſco vero tibi,
[Quod doleas, quoniam ſane laetitiae quoque ſatietas (*tibi*) eſt.]
Et de valde vehementer deploro ac miſeror,
Quod noſtrae triſtis fortunae particeps facta es,
Quae capitibus noſtris grauis incumbit.
Nam ſciat Proſerpina et decenter velata Ceres,
(Quas cum ſuo magno malo ſponte aliquis periure iurauerit
Ex hoſtibus) quod te non minus in animo meo
Caram habeo, quam ſi mihi ex vtero egreſſa eſſes,
Et mihi vnica in domo virgo eſſes:
Neque te ipſam hoc omnino latere exiſtimo.
Quare ne dicas, meum germen, quod te non curo,
Non, quamuis crebrius ploro, quam pulchricoma Niobe:
Neque enim culpanda eſt, ſi propter filium lugeat

ſecundam ſyllabam, quae in νηδύος ſemper corrigitur. Vt vero ſyllaba produci poſſet, Valck. formam Homericam, νηδυιόφιν repoſuit: cuius ſequi auctoritatem, non dubitaui. 81. Oratio videbatur Schwebelio hic aliqua ex parte hiulca eſſe; at ipſe praeuidit obiectionem, atque oratio eſt παθȣς muliebris plena. — ἀκήδω Ald. et Vrſin. ἀκύδω Callierg. ἀκηδέω cod. Pariſ. ed. Florent. et Valck. atque Brunck in notis. ἀκηδῶ vulgo. 83. οὐδὲν edd. Flor. Vrſin. Valck.

Μητέρι δυσπαθέοντος· ἐπεὶ δέκα μῆνας ἔκαμνον,
Πρὶν καὶ πέρ τ' ἰδέειν μιν, ἐμῷ ὑπὸ ἥπατ' ἔχοισα.
Καί με πυλάρταο σχεδὸν ἤγαγεν Ἀϊδονῆος·
Ὧδε ἑ δυστοκέουσα κακὰς ὠδῖνας ἀνέτλαν.
Νῦν δέ μοι οἴχεται οἶος ἐπ' ἀλλοτρίης νέον ἆθλον
Ἐκτελέων· οὐδ' οἶδα δυσάμμορος, εἴτέ μιν αὖτις
Ἐνθάδε νοστήσανθ' ὑποδέξομαι, εἴτε καὶ οὐκί.
Πρὸς δ' ἔτι μ' ἐπτοίησε διὰ γλυκὺν αἰνὸς ὄνειρος
Ὕπνον· δειμαίνω δὲ, παλίγκοτον ὄψιν ἰδοῦσα,
Ἐκπάγλως, μή μοι τὶ τέκνοις ἀποθύμιον ἔρδοι.
Εἴσατο γάρ μοι ἔχων μακέλην ἐυεργέα χερσὶ
Παῖς ἐμὸς ἀμφοτέρῃσι βίη Ἡρακληείη·
Τῇ μεγάλην ἐλάχαινε, (δεδεγμένος ὡς ἐπὶ μισθῷ,)
Τάφρον, τηλεθάοντος ἐπ' ἐσχατιῇ τινὸς ἀγροῦ,
Γυμνὸς, ἄτερ χλαίνης τε καὶ εὐμίτροιο χιτῶνος.
Αὐτὰρ ἐπειδὴ παντὸς ἀφίκετο πρὸς τέλος ἔργου,
Καρτερὸν οἰνοπέδοιο πονεύμενος ἕρκος ἀλωῆς,
Ἤτοι, ὁ λίστρον ἔμελλεν ἐπὶ προὔχοντος ἐρείσας
Ἀνδήρου καταδῦναι, ἃ καὶ πάρος εἵματα ἕστο.

Ἐξα-

85. ἔχουσα et v. 87. ἀνέτλην Brunck. 88. Ex coniectura probabili Valck. edidit υἱὸς, mutata fere tantum pronuntiatione. 89. αὐτὸν, pro αὖτις, Ald. et Vrsin. 94. ἵστατο γὰρ, Ald. 98. poeticam lectio-

Mater afflictum: quoniam decem menſium laborem ſuſtinui,
Priusquam ipſum adſpicerem, quem ſub hepate meo habebam.
Et me adduxit prope munitas-habentem-portas Plutonem:
Sic ipſum difficulter enixa graues dolores pertuli.
Nunc vero abeſt peregre ſolus, nouum certamen
Perficiens: neque infelix ſcio, vtrum ipſum rurſus
Huc reducem receptura ſim, nec ne.
Praeterea etiam ſomnium triſte terruit me per dulcem
Somnum: quare metuo, cum infeſtam viſionem viderim,
Vehementer, ne quid liberis iniucundum adferat.
Viſus eſt enim mihi tenens ligonem pulchre fabrefactum manibus
Ambabus filius meus vis Heraclea, (i. e. *Hercules*;)
Quo magnam effodiebat, [tanquam ſuſcepiſſet (*hoc opus pacta*) mercede]
Foſſam in extremitate cuiusdam florentis agri,
Nudus, absque laena, et absque cinctili tunica.
Sed poſtquam totius peruenerat ad finem operis,
Validum vitiferae elaborans munimentum areae:
Tunc, illo defixo ligone in eminenti
Sulco, induturus erat veſtes, quibus ante indutus fuerat:

R 3 Subi-

nem ex codd. F. Vrſini depromtam, Ἄτερ χλαίνης in textum reuocauit Valck. pro vulgato ἄνευ. neque ſequi eum dubitaui. 101. ὃ Callierg. Steph. et Valck. recte: alii ὁ.

Ἐξαπίνης δ' ἀνέλαμψεν, ὑπὲρ καπέτοιο βαθείης
Πῦρ ἄμοτον· περὶ δ' αὐτὸν ἀθέσφατος εἰλεῖτο φλόξ.
Αὐτὰρ ὅγ' αἰὲν ὄπισθε θοοῖς ἀνεχάζετο ποσσὶν,
Ἐκφυγέειν μεμαὼς ὀλοὸν μένος Ἡφαίστοιο·
Αἰεὶ δὲ προπάροιθεν ἕου χροὸς, ἠΰτε γέῤῥον,
Νώμασκεν μακέλην· περὶ δ' ὄμμασιν ἔνθα καὶ ἔνθα
Πάπταινεν, μὴ δή μιν ἐπιφλέξῃ δήϊον πῦρ.
Τῷ μὲν ἀοσσῆσαι λελιημένος (ὥς μοι ἔϊκτο)
Ἰφικλέης μεγάθυμος, ἐπὶ οὔδεϊ σάππεσ' ἐλισθὼν,
Πρίν γ' ἐλθεῖν, οὐδ' ὀρθὸς ἀναστῆναι δύνατ' αὖτις,
Ἀλλ' ἀστεμφὲς ἔκειτο, γέρων ὡσεὶ τ' ἀμενηνὸς,
Ὅν τε καὶ οὐκ ἐθέλοντα βιήσατο γῆρας ἀτερπές.
Καππεσέειν· κεῖται δ' ὅγ' ἐπὶ χθονὸς ἔμπεδον αὐτοῦ,
Ἐισόκε τὶς χειρός μιν ἀνειρύσῃ παριόντων,
Αἰδεσθεὶς ὄπιδα προτέρην πολιοῖο γενείου.
Ὥς ἐν γῇ λελίαστο σακέσπαλος Ἰφικλείης.
Αὐτὰρ ἐγὼ κλαίεσκον ἀμηχανέοντας ὁρῶσα
Παῖδας ἐμοὺς, μέχρι δή μοι ἀπέσσυτο νήδυμος ὕπνος
Ὀφθαλμῶν, ἠὼς δὲ παραυτίκα φαίδιμος ἦλθε.
Τοῖα, φίλη, μοι ὄνειρα διὰ φρένας ἐπτοίησαν
Παννυχίη· τὰ δὲ πάντα πρὸς Εὐρυσθῆα τρέποιτο,

Ὤικου

108. *νώμασκε* et verſ. ſeq. *πάπταινε* Brunck. 114. *ἐθέλοντα δηίσσατο* Ald. contra metrum. 115. *κάππεισεν* Callierg. 116. In vulgata lectione *ἀνειρύσῃ* verſus modulo haud congruere, quoniam penultima corripitur, hinc vel *ἀνειρύσσῃ*, vel potius, quia articulus vix

Subito vero illuxit ſupra foſſam profundam
Ignis indefeſſus, et immenſa circa ipſum flamma voluebatur.
Verum ille ſemper velocibus retrocedebat pedibus,
Effugere cupiens ſaeuam vim Vulcani: (h.e. *ignis*)
Semper vero ante ſuum corpus, velut ſcutum,
Quatiebat ligonem; oculisque huc illuc
Circumſpiciebat, ne ipſum adureret infeſtus ignis.
Huic quidem opem ferre cupiens (vt mihi videbatur)
Iphiclus magnanimus, in terram cecidit lapſus,
Priusquam (*ad ipſum*) perueniret, neque rectus rurſum reſurgere potuit,
Sed immobiliter iacebat, ſicut imbecillis ſenex,
Quem etiam inuitum vi coëgit iniucunda ſenectus,
Concidere: Iacet autem humi defixus ibi,
Donec quis manu erexerit praetereuntium,
Reueritus adſpectum ſenilem canae barbae:
Ita in terra voluebatur bellicoſus Iphiclus.
At ego flebam ope deſtitutos videns
Filios meos; donec mihi excuſſus eſt dulcis ſomnus
Oculis, et aurora ſtatim illuſtris prodiit.
Talia, o chara, mihi ſomnia mentem perterruerunt
De nocte: verum omnia ad Euryſthea vertantur

R 4 A

ſupprimi poteſt, *ἀνείρυσε τῶν παρόντων* ſcribendum cenſet Brunck: atque poſteriorem coniecturam probat Valck. 117. Valck. cui vulgatum videtur eſſe vitioſum, ſuſpicatur, *ὄπιδα συγερήν*. vide notam, et de voc. *ὄπις* Graeuii lectt. Heſiod. Cap. V. pag. 25.

Οὐκ ἀφ' ἡμετέροιο· γένοιτο δὲ μάντις ἐκείνῳ
Θυμὸς ἐμός, μηδ' ἄλλο παρεκτελέσειέ τι δαίμων.

125. μὴ ἄλλο Ald. Callierg. Vrſin. vnde vero Schwebel ſuum τε δαίμων receperit, neſcio. Meae edd. in eleganti veraque lectione τι conſentiunt.

ANIMADVERSIONES IN MOSCHI IDYLL. IV

1. Hoc quidem carmen vitio loquacitatis nimiaeque ſubtilitatis non caret, et modo paene tumet, modo autem fere repit: at tamen ſuas quoque habet virtutes: praecipue oratio Megarae ſpirat et amoris conſtantis et acerbiſſimi luctus ſenſum: et nobiliſſima eſt comparatio verſ. 21. ſqq. Quod ad hiſtoriam ſeu fabulam adtinet, vide Hygin. ſab. XXXII. ibique Muncker. Compara Theocr. XXIV.

2. τὸ — ἔρευθος — ῥεθέεσσιν) Hor. Epod. Lib. od. 17, 21.

Fugit iuuentas: ei verecundus color
Reliquit: oſſa pelle amicta lurida.

Vide notas in Bionem I. verſ. 8. *Heskin.* ῥέθος h. l. *genae* ſ. *facies*. conf. Theocr. XXIX, 16. Vniuerſim corporis membrum denotat. v. ind. ad Theocr. h. v.

7. Κακῇ — αἴσῃ) imitatio eſſe videtur Homeri, apud quem (vti iam notauit Schwebel) Thetis de filio ſuo Achille Il. A. 418. conqueritur: τῷ σε κακῇ αἴσῃ τέκον ἐν μεγάροισιν, *idcirco te malo fato peperi in aedibus.*

9. Τὸν μὲν ἐγὼ — ἐμοῖσιν) Vſitata veteribus loquendi formula. Callim. Hymn. in Dianam v. 210.

καὶ

A domo noſtra; fiatque vates illi
Animus meus, nec quid aliud fortuna perficiat.

— Καὶ δέ σε φασὶ
Καλὴν Ἀντικλείαν ἴσον φαέεσσι φιλῆσαι.
— *Nam te aiunt*
Pulcram Anticleam aeque ac oculos tuos amare.

Catullus, quem citauit Longopetraeus, (Epigr. 83.)

Quinſti, ſi tibi vis oculos debere Catullum,
Aut aliud ſi quid carius eſt oculis:
Eripere ei noli multo quod carius illi
Eſt oculis, ſi quid carius eſt oculis.

HESKIN.

Idem Catull. III, 5.

Paſſer deliciae meae puellae,
Quem plus illa *oculis ſuis* amabat.

v. Theocr. XI, 53. ibique notam in Anthol. gr. poetica, et Schwebel, qui quoque iam laudauit Spanhem. ad Callimachi H. in Dianam v. 211.

12. Herculis labores ab Euryſtheo, Iunonis iuſſu, iniuncti, ſunt notiſſimi. v. Apollod. Lib. II. Cap. 4. Hygin. fab. 30. et 31. Claudian. in Rufin. I, 285. ſqq. et quos alios laudaui in Chreſtomath. lat. poetica pag. 362.

13. Ἀπόλλων) v. Apollodor. II. Cap. 4. §. 11. de vſu pluralis, τόξοισιν, vide ad Theocr. XIII, 56. et hic Moſchi locus valet quam maxime ad criſin meam ad Theocriti locum confirmandam.

14. Vti tres Parcae, ita quoque tres Furiae fuiſſe dicuntur. v. Schwebel.

15. Secundum Apollodorum II, 3. §. 11. 12. ipſe quoque Hercules tres ſuos filios; ſecundum Hyginum, duo filios, ex Megara natos interfecit: apud Schol. Pindari ad Iſthm. od. IV. alii alios caedis auctores produnt. Nempe plures fuerunt Hercules, et in diuerſis regionibus plures, iique varii, iam olim exſtiterunt rumores et traditiones diuerſae.

18. Βαλλομ.) ſupple ex ſuperioribus βελέμνοις. Βάλλειν enim proprie et abſolute dicitur de iaculantibus. Aelian. V. H. Lib. I. Cap. 10. τὰς αἶγας βάλλουσιν. Apud Apollodorum Hercules filios ſuos vna cum duobus Iphicli liberis coniecit in ignem. Quare opinatus eram, in vocc. ὑπὸ πατρὶ latere mendum, et aliud quidpiam eſſe ſubſtituendum: ſed obſtat verſ. 30. Alios igitur auctores ſequutus eſt poeta. Atqui, "in Euripidis dramate, ait Valckenaer, vna cum liberis Megara ſagittis confixa iacuit: is Steſichorum in his videtur et Panyaſin ſequutus: in hoc carmine narratis fere concinunt Plutarchus et Pauſanias.„ Poſterior Lib. X. Cap. 29. pag. 870. tradit, Herculem dimiſiſſe Megaram Thebanam ἀνὰ χρόνον, ἅτε παίδων τε ἐστερημένος τῶν ἐξ αὐτῆς, καὶ αὐτὴν ἡγούμενος οὐκ ἐπὶ ἀμείνονι τῷ δαίμονι, poſtquam iis, quos ex illa ſuſceperat, filiis orbatus et ratus eſt, mulierem non fauſtis auſpiciis ſibi coniunctam eſſe: et tamen apud eumdem Lib. I. Cap. 41 pag. 98. Herculis ex Megara filii contendunt, Alcmenes (quacum vero apud Moſchum h. I. Megara colloquitur poſt filios interemtos) cadauer Thebis eſſe ſepeliendum. Ita diſſentire ſolent veteres et quilibet ſuae nationis fabulam aut ingenii ſui reique ipſius ornandae rationem ſequitur.

19. ἀδι-

19. *αἰδινὸν καλέυσιν*) verti poteſt, *multum* aut *lugubriter inuocantibus.* Homer. Il. Τ'. 314. *αἰδινῶς ἀνενείκατα*, quod Scholiaſtes explicat. *ἀθρόως καὶ ἐλεεινῶς καὶ οἰκτρῶς ἀνέκραξεν· ἢ, οἱονεὶ ἀνέσαξε, καὶ πολὺ ἤγαγε πνεῦμα.* Plura diſputant de vi vſuque huius vocabuli multiplici Küſterus atque Alberti ad Heſych. pag. 95. nr. 5. et 8.

21. *Ὡς δέ τ' ὀδύρεται* —) Hanc comparationem, paullulum variatis circumſtantiis, imitatus eſt, et verſificationem, qua nihil extitit politius, feliciter aemulatus Virgilius Georg. IV, 511. [vbi vide de la Cerda et Heyne],

> Qualis populea moerens Philomela ſub vmbra
> Amiſſos queritur foetus; quos durus arator
> Obſeruans nidos implumes detraxit: at illa
> Flet noctem, ramoque ſedens miſerabile carmen
> Integrat, et moeſtis late loca quaeſtibus implet.

Sophocles Elect. v. 147.

> Ἀλλ' ἐμέ γ' ἁ στονόεσσα ἄραρε φρένας,
> Ἃ Ἴτυν, αἰὲν Ἴτυν γ' ὀλοφύρεται
> Ὄρνις ἀτυζομένη, Διὸς ἄγγελος.
> *At meo vtique gemebunda placet animo*
> *Quae Ityn, ſemper Ityn luget*
> *Moeſta auis, Iouis nuntia.*

Idem in Antigone v. 429.

> — Κ' ἀνακωκύει πικρᾶς
> Ὄρνιθος ὀξὺν φθόγγον, ὡς ὅταν κενῆς
> Εὐνῆς νεόσσων ὀρφανὸν βλέψῃ λέχος.
> — *et plorans edit acerba paſſae*
> *Auis acutam vocem, quando vacui*
> *Cubilis pullis ſpoliatum videt lectum.*

Pri-

Primam huiuſce comparationis ideam ex duobus Homeri locis forſan Moſchus noſter deſumſit:

> Ὡς δ' ὅτε Πανδαρέυ κύρη χλωρηῒς ἀηδὼν
> Καλὸν ἀείδησιν ἔαρος νέον ἱσαμένοιο
> Δενδρέων ἐν πετάλοισι καθεζομένη πυκινοῖσιν
> Ἥτε θάμα τρωπῶσα χέει πολυηχέα φωνὴν,
> Παῖδ' ὀλοφυρομένη Ἴτυλον φίλον.
> *Sicut quando Pandarei filia floridula luſcinia*
> *Bene canit vere recens ſtanti*
> *Arborum in foliis ſedens denſis,*
> *Quae frequenter verſans fundit ſonoram vocem,*
> *Filium lugens Itylum charum.*

Hom. Od. Τ'. 518. ſqq.

> — δράκων ἐπὶ νῶτα δαφοινὸς, —
> Βωμῦ ὑπαΐξας πρός ῥα πλατάνιςον ὄρυσεν.
> Ἔνθα δ' ἔσαν ϛρυθοῖο νεοσσοὶ, νήπια τέκνα,
> Ὄζῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ πετάλοις ὑποπεπτηῶτες —
> Ἔνθ' ὅγε τὺς ἐλεεινὰ κατήσθιε τετριγῶτας·
> Μήτηρ δ' ἀμφεποτᾶτο ὀδυρομένη φίλα τέκνα.
> — *draco rubris maculis in dorſo diſtinctus,* —
> *Ex imo altari prolapſus, ad platanum ruit:*
> *Ibi erant paſſeris pulli, puſilli nati,*
> *Ramum ſuper ſummum, ſub foliis latentes:* —
> *Ibi ille hos miſerabiliter vorauit ſtridentes:*
> *Mater vero circum volabat lugens charos natos.*

Iliad. Β'. 308. ſq. vide Sophocl. Aiac. 636. et Electr. v. 1081. et v. 107. Senec. Agamemn. v. 668. et Octau. v. 915. Vide etiam Euripid. Herc. furent. v. 70. Liberi non raro pullis comparantur: vnde νεόσσος pro liberis metaphorice ponitur non raro, praeſertim apud

Tra-

Tragicos: vide Euripid. Andromach. v. 440. et Troad. v. 744. et S. Matthaeum Cap. 23. v. 37. Partim e Longopetraeo. *Heskin.*

29. Ὠς γ' ὄφελον — κεῖσθαι) Apollon. Argon. Lib. III, 772.

— — ὡς ὄφελόνγε
Ἀρτέμιδος κραιπνοῖσι πάρος βελέεσσι δαμῆναι,
Πρὶν τόν γ' εἰσιδέειν —

— — *vtinam*
Me prius, Dianae iaculis confixam fuiſſe,
Quam illum vidi. —

HESKIN.

κεῖσθαι h. e. *proſtratam, protentam iacere*, proprie et eleganter dicitur. v. ad Theocrit. III, 53.

31. Ἄρτεμι — γυναιξί). Dianae muliebris ſexus praeſes forſan habita eſt, quia laborantibus foeminis ſuccurrere, partusque dolores leuare credebatur. Apud Theocritum Daphnis ſic puellae propter parturiendi dolores coniugium auerſanti reſpondet [idyllium XXVII, 29.]

Ἀλλὰ τεὴ βασίλεια μογοσόκος Ἄρτεμίς ἐστιν.

Eiusdem auctoris Scholiaſtes in Idyll. 2. inquit: Πίνδαρός φησιν ἐν τοῖς κεχωρισμένοις τῶν παρθένων, ὅτι τῶν ἐραστῶν οἱ μὲν ἄνδρες εὔχονται τὸν Ἥλιον, αἱ δὲ γυναῖκες τὴν Σελήνη. ex Longopetraeo. *Heskin.* vide V. L. Schwebelius opinionem veterum, qua ducti arbitrabantur, eam eſſe Apollinis atque Dianae poteſtatem in hominum vitam, vt, ſi quis ſubita morte fuiſſet defunctus, is, ſi mas fuiſſet, Apollinis; ſin vero femina, Dianae telis confecta iudicaretur, locis Apollonii

lonii ab Heſkino paullo ante memoratis, Pindari Pyth. Od. III, 16. ſqq. et Homeri Iliad. Ω. 603. illuſtrat firmatque. adde Bartholini Antiqq. veteris puerperii. Amſtel. 1677. in primis pag. 18. ſq.

33. κτερέεσσι) κτέρεα fuerunt libamina atque ſacrificia, quae defunctorum manibus inferre ſolebant veteres, quibusque oleum, vinum, aquam, ſanguinem, atque in primis mel in terram effuderunt. v. Homer. Odyſſ. Λ. 29. et Schwebel, qui quoque multus eſt de rogo vrnaque et opinione, in qua veteres verſati ſunt. In eadem enim vrna, vel etiam tumulo cum amicorum cineribus reconditum eſſe, in magna ſolatii atque felicitatis parte poſitum fuit.

36. Θήβη vocatur ἱπποτρόφος ob rei equeſtris ſtudium; et forte Moſchus ante oculos habuit Pindar. Nem. X, 77. (vbi vide Schmid. pag. 243.)

— Νικαφορίαις γὰρ ὅσαις ἱπ-
ποτρόφον ἄστυ τὸ Προί-
τοιο θάλλησεν.
Victoriis enim quot equo-
rum - altrix vrbs Proe-
ti floruit!

Hinc apud eumdem Iſth. IV, 23. ἱπποτρόφοι nominantur viri *nobiles* atque *opulenti*. Βοιώτιοι ἀγῶνες fuerunt celebrati. v. Pindar. Olymp. VII, 55. Atque bene quadrat illud epitheton in Thebas, totius Boeotiae vrbem clariſſimam, ita vt ipſis Athenis teſte Plinio IV. Cap. 7. haud cederet celebritate, quoniam Hercules inde ortus, ludorum olympiorum auctor fuiſſe traditur. Tum Boeotii temporibus Heroicis, ob res maritimas, iam inde a Cadmo, conditore ſuo, in celebrita-

britate verſati ſunt. Altera lectio, etiam bona, κουροτρόφος ex Homero, a quo Odyſſ. I, 27. Ithaca dicitur ἀγαθὴ κουροτρόφος, *quae iuuenes alit, facitque robuſtos*, ſumta eſſe aut colorem accipere potuit: et Thebani corporis robore valuerunt. In Catalogo Homerico Il. B. 510. eminent Boeotii

Τῶν μὲν πεντήκοντα νέες κίον, ἐν δ᾽ ἑκάστῃ
Κοῦροι Βοιωτῶν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι βαῖνον.

Horum quidem quinquaginta naues ibant, quarum vnamquamque
Iuuenes Boeotii *centum et viginti conſcenderant.*

Quaenam vero germana ſit lectio, ab ipſo Moſcho profecta, definiri nequit: nec, vtraque bona aptaque, multum intereſt: quamquam priori primas equidem tribuerem.

37. Ἀονίου) h. e. Thebani. Nam Boeotia ab antiquis incolis Aonibus *Aonia* dicta fuit. vide Stephanum, v. Ἄονες et Βοιωτία, et Berkel ad vtrumque locum; Pauſaniam Lib. IX. Cap. V. Strabon. VII. pag. 494. et IX. pag. 615.

38. Τίρυνθα) Tiryns oppidum Achaiae non procul ab Argis, patria Herculis, vnde Tirynthius dictus. *Heskin.* v. Homer. Iliad. B. 559. et Schwebel, qui quoque bene explicat cauſſam, cur Moſchus, hanc vrbem eſſe, dixerit, κρανάην πόλιν Ἥρας: quia nempe, more antiquitatis, in Iunonis tutela poſita fuit. — Κρανάην, h. e. *aſperam, ſaxoſam*, eſt epitheton a conditione regionis ſaxoſae et montanae ſumtum, et Homero de inſula potiſſimum Ithaca frequens. vide Dammii Lexic. graec. col. 1133.

40. ἐρωή)

40. ἐρωῆ) eſt h.l. *quies, ceſſatio.* Senſ. lacrimis plane abſtinere nequeo, ſiue continuo lacrimas fundere cogor. ἐρωὴ eſt proprie quidem, et apud Homerum frequentius, motus validus, impetus, iactus: at ἐρωεῖν eſt ferri cum impetu, ſiue id fiat procedendo, ſiue retrocedendo: hinc recedere, refugere, ceſſare, deſerere, Theocr. XV, 74. XXII. verſ. 174. inde ſignificatio voc. ἐρωὴ noſtro loco erit intelligenda: atque Etymolog. apud Homer. Il. Π. 302. πολέμου ἐρωὴν interpretatur κατάπαυσιν. conf. Schol. min. ad Homeri locum, Dammii Lexic. graec. col. 2147. et Stephani theſ. L. Gr. in Appendice col. 973.

44. πέτρης ὅγ' ἔχων – στήθεσσι) Theocritus in Hyla, [XIII, 5. vbi vide notam.] citante Longopetraeo, – Ἀμφιτρύωνος ὁ χαλκεοκάρδιος υἱός. Horat. I. od. 3.

Illi robur et aes triplex
Circa pectus erat. HESKIN.

45. σὺ δ' – ἦμαθ' ὁπόσσα) De Aglauro, Herſae ſororis nuptiis inuidente, Ouidius Metamorph. L. II. fab. 17.

— — — irritata dolore
Cecropis occulto mordetur, et anxia nocte
Anxia luce gemit: lentaque miſerrima tabe
Liquitur, vt glacies incerto ſaucia ſole.

Confer et Narciſſi ſuo amore intabeſcentis fabulam:

— vt iutabeſcere flauae
Igne leue cerae, matutinaeque pruinae
Sole tepere ſolent: ſic attenuatus amore
Liquitur, et tecto paullatim carpitur igni.

Vide Senecam Hippol. — Ceterum iſta loquutio σὺ δ' ἤυτε λείβεαι ὕδωρ hebraeae linguae genium redolet. Ioſua

Ioſua Cap. VII. v. 5. *Liquefactum eſt cor populi, adeo vt in aquam abiret.* Pſalm. XXII, 15. *Sicut aqua effundor, et diſparant ſe omnia oſſa mea: eſt cor meum ſimile cerae, liqueſit in viſceribus meis*, quem locum Longopetraeus citauit. Pſalm. LVIII, 8. *Liquefiant ſicut aquae, indeſinenter abeant.* MS. Mediceus legit ἤματα πάντα. *Heskin.*

49. πιτυώδεος) et *pinus* frequens fuit in regione illa maritima, et in ludis iſthmicis, in honorem Neptuni inſtitutis, victores *corona pinea* donabantur, quoniam haec arbor Neptuno ſacra fuit. Denique in vna ſtadii parte, qua ad Neptuni fanum eſſet aditus, athletarum poſitae fuerunt ſtatuae, qui victores in Iſthmiis renunciati eſſent: in altera pinus conſitae, et earum multae quaſi ad rectam lineam. v. Pauſan. Lib. II. Cap. 1. pag. 111. ſqq. et Schwebel ad noſtrum locum.

50. πρὸς ὅντινα βλέψασα) h. e. cuius praeſentia, congreſſu, colloquio frui et recreari poſſim. Πρός τινα βλέψαι idem eſt ac προσιδεῖν τινα, προσβλέψαι etc. quod non ſolum ſimpliciter denotat aliquem adſpicere, ſed etiam cum emphaſi quadam, alicuius vſu et ſermonibus frui et delectari, amore alicuius captum eſſe. vide ſupra ad Idyll. II, 21. et quae adnotaui in Anthologia gr. poet. pag. 163. ſq. Theocrit. V, 37. Ael. H. V. XIII, 1. de Atalanta, pag. 845 ed. Gronou. οὐδεὶς — — ἂν ἐτόλμησεν ἀντιβλέπειν τὴν ἀρχήν, *nemo — — ne obtueri quidem omnino auderet.* Sic quoque ἀποβλέπειν apud Xenoph. M. S. IV, 2. 2. eſt, *aliquem cum inſigni admiratione adſpicere.* adde Abreſchii Lection. Ariſtaenet. Lib. I. pag. 3. ſqq. et Ad-

denda, poſt Ariſtaeneti Epiſtolas pag. 116. ſq. Hinc in ſequenti verſu correxi ἀναπτύξαιμι, (vide V. L.) quoniam vulgata lectio ἀναψύξαιμι per otioſam repetitionem idem diceret, ac προσβλέψαι.

55. Hercules nempe et Iphiclus filii fuerunt Alcmenes; at prior Iouem, poſterior autem Amphitryonem habuit patrem.

56. τὰ δὲ οἱ θαλερῶτ — — βλεφάρων ἐχέοντο). Verto: *et humidae lacrimae illi per malas* (genas) *in pulcrum ſinum e palpebris fundebantur:* atque hunc naturalem verborum ſenſum autumo. Nonnulli, quibus in notis fauere videtur Longopetraeus, aliter interpretati ſunt; hoc nempe modo, *teneriores* (vel *dulciores*, vel *crebriores*) *malis* (pomis) *in ſinum* etc. "Hanc locutionem huiusce ſaeculi guſtui (inquit Longopetraeus) non ſatis conuenire fateor; antiquis autem non adeo diſplicuit. Sic Theocrit. Idyll. 14. (v. 38.) lacrimis poma coniungit. — — Τήνῳ τὰ σὰ δάκρυα μᾶλα ῥέοντι. „ Virum non indoctum tam foede errauiſſe demiror. Quis, quid velint *lacrimae pomis teneriores, dulciores* vel *crebriores* intelligit? Nec exemplum e Theocrito adlatum ſufficit: nam locus iſte obſcurus eſt, nec vnius tantum expoſitionis capax, nec Moſchi verbis exacte reſpondet. Praeter ea, quum iſtius Idyllii argumentum comicum eſt, ſi bene quadraret exemplum, (quod tamen nullatenus eſt) nihil euinceret, modo alia probabilis interpretandi ratio reſtaret. Quis enim nil comici, et ſerii operis dictioni intereſſe adfirmet? *Heskin.*

Ibid.) Sic Apollonius Lib. III. v. 803.

— ὀδύ-

— — ἐδύρετο· δεῦε δὲ κόλπως
Ἄλληκτον δακρύοισι· τὰ δ' ἔῤῥεεν ἀςαγὲς ἄυτως
Αἰν' ὀλοφυρομένης τὲν ἑὸν μόρον.

Sic effata, ſinum lacrimis impleuit obortis. Virg. IV. Aen. 30. *Heskin.*

62. Δαιμόνι') verti poteſt et *infelix*, (a δαίμων, vnde δαιμόνιον, de cuius vocabuli vſu et poteſtate egregie differit Lennep. ad Phalarid. epiſtol. pag. 338. ſq.) quo pacto poſt παίδων ſubintelligendum eſt ἕνεκα· et *cariſſima meorum liberorum*, vt reſpondeat verſ. 1. 69. et 78. prior explicatio placuit Schwebelio. adde de h. v. Camerarium ad Homer. Iliad. B. 190.

62. Φρεσὶν — πευκαλίμῃς) eſt formula Homerica (e. g. Il. Θ. 366. etc.) in pectore graui, multa concludente, grauitatis et ſeueritatis pleno, v. Dammii Lexic. graec. col. 2028.

64. ἄλαςα) dor. pro ἄλῃςα κήδεα, curas, quarum obliuiſci non poſſumus, quae ſedari non poſſunt, h. e. graues, ingratiſſimas. Κῆδος cura, h. vero loc. moeror, aerumna, triſtitia, luctus. Exemplorum ſiluam collegit Damm. in Lexic. gr. col. 1302. ſqq. et 1427. ſq. Homer. Odyſſ. δ. 108. habet ἄχος αἰὲν ἄλαςον, quod conuenit noſtrae ſententiae.

65. Οὐκ ἅλις etc.) Haec diuino illi praecepto omnino congruunt. Μὴ ἔν μεριμνήσει εἰς τὴν ἄυριον· ὁ γὰρ ἄυριον μεριμνήσει τὰ ἑαυτῆς. S. Matth. Cap. VI. v. 34. — Haec gnome, licet in peſſimum vſum detorſa, apud veteres ſcriptores adeo frequenter occurrit, vt loca omnia adponere ſuperuacaneum ſit. F. Vrſini

editio pro οἷς habet οἱ. *Heskin.* conf. Euripidis Helen. v. 345. ibique Barnes.

69 – 71. καὶ δ' αὐτὴν ὁρόω — — κόρος ἐϛι) Difficilis hic locus Longopetraeo viſus eſt: vulgata verſio. *Nam te quoque video, chara filia, ingenti dolore confici: ignoſco vero tibi, quod doles, quoniam et laetitiae ſatietas eſt*, nullum efficit ſenſum. Duas propoſuit explicationes, quarum prima eſt, vt μοι ſubintelligatur poſt ἐπιγνώμων δέ τοι εἰμί. [Errat aut obſcure ſcribit Heskin. μοι in altera propoſitione, ὅτε δή γε — ἐϛι eſſe ſubintelligendum, putat Longopetr. id, quod vel ex eius interpretatione patet: *H.*] *ignoſco tibi, quod doles; quoniam et mihi gaudii eſt ſatietas* vel *taedium*, i. e. *quoniam nulla eſt mihi gaudii cauſſa.* Altera, et quam praefert, explicandi ratio haec eſt, vt locus diſtinguatur:

> Ἄλγεσι μοχθίζουσαν (ἐπιγνώμων δέ τοι εἰμί)
> Ἀσχαλάαν.

Sed, hac admiſſa, verſio eius nullatenus textus verbi reſpondebit, nec melior, quam ante fuerat, efficitur ſenſus,

> Je vous voir ſans relache à la doleur en proye,
> Quoyqu'on ſe laſſe enfin de tout, même de joye,
> Je vous vois, dis - je, en proye au plus cruel torment,
> (Mes yeux en ſont temoins) gemir inceſſament.

Quid haec ad textum? Anne ὅτε ſignificat *tamen?* Somnium hoc vix confutatione dignum. Prior ergo interpretatio optima eſt, quamquam et illa vix e verbis ipſis elicitur. *Heskin.* Bene quoque refutat Longope-

gopetraeum locique ſenſum explanat Schwebel, quem adi. Senſ. eſt facilis: ignoſco tibi, quae doles: in tanta enim malorum multitudine homines omnis laetitiae pertaeſi, in cogitatione malorum vel ſolatium quoddam aut voluptatem reperire ſibi videntur. Verſus tamen 71. languet, nec caret *νοθείας* ſuſpicione: hinc eum vncis incluſi.

73. *δαίμονος*) *genii* vertit Schwebel fuſeque veterum de geniis opinionem explicat: et, ſi locum non, de *fortuna*, ſed de *geniis* intelligere malis, plura reperies in Wonnae diſſ. III. de Geniis, in Syntagm. II. diſſ. philologic. Rotterod. 1700. pag. 4. ſqq.

75. *Ἃς κε μέγα – Δυσμενέων*) Votum hoc, vt obſeruat Longopetraeus, ſatis ſingulare: tale illud apud Theocritum Idyll. IV, 20. [vbi vide notam: frequens fuit eiusmodi votum. *H.*]

Λεπτὸς μὰν χ' ὡ ταῦρος ὁ πύῤῥιχος· εἴθε λάχοιεν
Τοὶ τῶ Λαμπριάδα τοι δαμόται, ὄκκα θύοντι
Τᾷ Ἥρᾳ, τοιόνδε· κακοχράσμων γὰρ ὁ δᾶμος.

Gracilis quidem iſte flauus taurus: vtinam ſortitus fuiſſet
Lampridiae populus, quando ſacrificat
Iunoni, talem: mala enim eſt gens.

HESKIN.

Per Cererem et Proſerpinam muliebre fuit iusiurandum. v. Theocrit. XV, 14. ibique ſchol. et Warton. Stephanus in editione minore pag. 361. ſq. inter ſe contendens Gambarae atque Eobani Heſſi interpretationem horum verſuum, haec de noſtri loci ſenſu adiecit.

iecit. "Sed ecce, quiddam hoc de loco, (quem tamen vt teſtem duntaxat eius, quod a me dictum erat, produxeram) mihi ſubito in mentem venit, quod non ſolum hoſce duos interpretes, ſed alios etiam omnes, fortaſſe autem, et quotquot vnquam locum hunc legerunt, latuit: et tamen eiusmodi eſt, vt non alia eſſe videatur ſeſe hoc ex loco expediendi via. Quomodo enim fieri poſſet, vt aoriſtus βλαφθεὶς vſum futuri βλαφθησόμενος praeſtaret, etiamſi particula κε illi iungeretur? At ſi βλαφθεὶς exponatur, Mente laeſus, i. e. inſania captus, vel furore captus, imprecationi aptiſſima ſignificatio haec erit: atque adeo acrior multo erit ipſa imprecatio: hoc ſenſu; Quas vtinam aliquis ex noſtris hoſtibus (vel inimicis) magno furore correptus peieret. Dico autem, magno furore correptus, vt interpreter μέγα vna cum βλαφθεὶς. Sed quid facit, vt de hac verbi βλάπτεσθαι ſignificatione cogitare audeam? Faciunt compoſita βλαψίφρων et φρενοβλαβής. a quo poſteriore eſt etiam φρενοβλάβεια. Viſum eſt autem et tertiam huius loci interpretationem, (quae mea eſt) verſum verſu, et paene verbum verbo reddentem, adſcribere:

> Nam tibi Perſephonen, Cererem tibi teſtor (earum
> Perieret vt numen, tantus furor occupet hoſtem)
> Pectora non leuiore tui mea amore teneri,
> Ex vtero, quam ſi tu noſtro egreſſa fuiſſes,
> Et poſſem te vna ſi me iactare parentem.

Sed quum illa, quae incluſa ſunt parentheſi, ſint optantis, rectius ὀμόσσαι legeretur." Hactenus Stephanus.

77. ἦσι)

77. ἧσι) h. l. pro ἐμαῖς. Pronomina enim ἑὸς et σφέτερος latius patent apud poetas, qui illorum vim etiam ad reliquas duas perſonas extendere ſolent. vide Guil. Canteri Nouas lectiones, Lib. V. Cap. 13. pag. m. 331.

82. Μήδ' εἰ κ' ἠϋκόμου —) Ouid. Metam. Lib. V. fab. 6. verſ. 166.

> *Flet tamen, et validi circumdata turbine venti*
> In patriam rapta eſt, vbi fixa cacumina montis
> Liquitur, et lacrimis etiam nunc marmora manant.

Vide Sophocl. Antig. v. 839. Callim. H. in Dian. verſ. 21, Apollodor. Bibliothec. Lib. III. Cap. 5. §. 6. *Heskin.* τηλύγετος v. 79. proprie qui a parentibus in ſenectute aut poſtremo loco genitus eſt. v. ſchol. ad Apollon. I, 149. vltimus vero quia vt plurimum cariſſimus habetur aut cui indulgere ſolent parentes, vſurpatur quoque vox illa pro cariſſimo, dilectiſſimo. v. Suid. h. v. et Schwebel.

84. ἐπεὶ δέκα μῆνας ἔκαμνον) Vulgo menſe nono naſcuntur infantes. Quare Turnebus lunares menſes autumat. (Aduerſ. Lib. III. Cap. 15.)

> Annus erat decimum cum luna ceceperat orbem.

S. Auguſtinus aliter explicat; Euang. Quaeſt. Lib. I. Cap. 5. *Quod dicuntur decem menſes praegnantis, nouem ſunt pleni: ſed initium decimi pro toto accipitur.* Hac comparatione vtitur Virgilius in Pollione verſ. 61.

> Matri longa decem tulerant faſtidia menſes

Et Terentius in Adelphis.

> Compreſſa grauida facta eſt; menſis hic decim' eſt.

LONGOPETR.

86. καί με πυλαςτ.) Alcmena grauiſſimos in Hercule parturiendo dolores Iunonis odio paſſa eſt: a quibus Galanthidos dolo liberata eſt. vide Ouid. Metam. IX. fab. 6. *Longep.*

91. πρὸς δ' ἔτι — Ὕπνον). Virgil. Aen. IV, 9.

Anna ſoror, quae me ſuſpenſam inſomnia terrent!

Vide Idyll. II, 14. ſqq. ibique notas. *Heskin.*

95. βίη Ἡρακληείη) Eſt periphraſis ſollemnis, pro *Hercules;* habet tamen vim quamdam adiunctam, vt illa non plane ſit otioſa. Homer. Il. Λ. 689. βίη Ἡρακληείη. Odyſſ. Λ. 295. βίη Ἰφικληείη. adde Theocr. XXV, 110. 154. Horat. I. od. 3. 36.

Perrupit Acheronta Herculeus labor.

98. ἄτερ χλαίνης — χιτῶνος) vnde haec ſumſit Moſchus, Hercule alioquin nudo, et pelle tantum leonina induto? Sin epexegeſis τοῦ γυμνὸς accipitur, verſus eſſe videtur languidus. An ad ornandum aut explicandum verſum 102. ?

100. ἀλωῆς) h. l. *vineam* eſſe intelligendam, patet ex addito epitheto. Plures enim id vocabulum ſuſtinet ſignificationes. conf. Theocr. I, 46. ibique ſchol. adde Theocr. VII, 34. de area, vel horreo, XXV, 30. de horto.

101. λίςρον) fuit inſtrumentum (*Schaufel*) ferreum, vel ferro munitum, cum domeſticum, ad denſiores ſordes abradendas, aut ſolum pauimentumue in domo purgandum; tum, vti h. l. ruſticum et hortulanum, ad terram ſollicitandam, aut poliendam.

117. ὀπίδα —) προτέρην eſt *priorem,* vti ſaepius: — ὀπὶς proprie eſt *reſpectus, conuerſio:* deinde apud Ho-

Homerum ſaepe ponitur de vindicta diuina; tum ſignificat interdum *curam*, vti noſtro loco, quem Dammius in Lex. gr. col. 708. ita exponit: "apud Moſch. IV, 117. *ὀπίδα* de homine reuerente ſenem, — vbi in genere reſpectum notare videtur: *reueritus curam priorem et antiquiorem cani menti;* vel et, *adſpectum ſenilem*, ὄψιν.„ adde V. L.

118. *σακέσπαλος*) a *σάκος*, *ſcutum*, et *πάλλω quatio, concutio, commoueo, ſurſum moueo:* eſt igitur proprie, qui ſcutum geſtat, quatit mouetque; dein *fortis, bellicoſus.*

120. *μέχρι δή μοι — — Φαίδιμος ἦλθε*). Auroram orientem ſe vidiſſe, excuſſo ſopore, dicit Alcmena, ne ſomnio ſuo nimium fidei tribuiſſe videretur. Somnia ſub finem noctis viſa veracia crediderunt veteres, quod animam, vaporibus ſomnum conciliantibus eo tempore non impeditam, aptiorem ad communicationem cum numinibus habendam exiſtimarunt. Moſchus Europ. v. 1. [vbi vide notam.]

Εὐρώπῃ ποτὲ Κύπρις ἐπὶ γλυκὺν ἧκεν ὄνειρον.
Νυκτὸς ὅτε τρίτατον λάχος ἵσαται, ἔγγυθι δ' ἠώς·
Ὕπνος ὅτε γλυκίων μέλιτος βλεφάροισιν ἐφίζων
Λυσιμελὴς πεδάᾳ μαλακῷ κατὰ φάεα δεσμῷ·
Εὖτε καὶ ἀτρεκέων ποιμαίνεται ἔθνος ὀνείρων.

HESKIN.

123. *τὰ δέ πάντα — τρέποιτο — δαίμων*). Formula euertendi ominis. Ita Virgil. Georg. III, 513.

Dî meliora piis, erroremque hoſtibus illum.

Aeneid. II, 190.

 — Quod

— — Quod dii prius omen in ipſum
Conuertant. —

Silius Italic. II, 54. [vbi plura adtulit Drackenb. et iam laudauit Broeckhuſ. ad Propert. III. elegant. 6. verſ. 20. *H.*]

— — atque omina triſtia vertant
In ſtirpem Aeneadum.

Ceterum cum hac noſtri Moſchi ſententia optime conueniunt illa Apollonii Lib. III, 690.

Ἐιδύλλιον έ.

Τὰν ἅλα τὰν γλαυκὰν ὅταν ὤνεμος ἀτρέμα βάλλῃ,
Τὰν φρένα τὰν δειλὰν ἐρεθίζομαι, οὐδ' ἔτι μοι γᾶ
Ἐντὶ φίλα, ποτάγει δὲ πολὺ πλέον ἄμμε γαλάνα·
Ἀλλ' ὅταν ἀχήσῃ πολιὸς βυθὸς, ἁ δὲ θάλασσα
Κυρτὸν ἐπαφρίζῃ, τὰ δὲ κύματα μακρὰ μεμήνῃ,

'Ες

1. *βάλλοι* Fulu. Vrſin. 2. *ἐρεθίσδομαι* Brunck. — *ἔτι μοι γᾶ* a Stobaeo: et repoſuerunt Heskin, cuius notam vide, Brunck ac Valck, quos ſequutus ſum. Atque Valck. ſic, ait, primus pro *Μοῖσα* [quam lectionem poſt Stephan. et Winterton. retinuit Schwebel,] emendauit Simeon Boſius apud Lambinum ad Lucretium; atque ita Salmaſium etiam correxiſſe, Grotius monuit, qui coniecturam in hunc verſum recepit ab aliis etiam probatam. 3. *ποτάγει δὲ πολὺ* etc. haec lectio debetur H. Stephano: at non placet Valckena-

Τοῖα κατακνώσασα μινυνθαδίῳ νέον ὕπνῳ
Λεύσω ὀνείρατα λευγρὰ τά τις θεὸς ἀκράαντα
Θείη, μὴ δ' ἀλεγεινὸν ἐφ' υἱέσι κῆδος ἕλοιο.

Talia ſopita breui tempore
Dira vidi ſomnia, quae deus aliquis euenire
Prohibeat, nec grauis tibi filiorum ſuſpiciendus ſit luctus.

HESKIN.

adde ſupra II, 27. ibique notata.

IDYLLIVM V.

Cum ventus leniter mare glaucum ferit,
Impatientem proritor animum, nec amplius mihi terra
Grata eſt, ſed multo magis me rapit tranquillitas:
At quando reſonat canum pelagus, et vnda marina
Incuruata ſpumat, ac fluctus ingentes agitantur,
Ad

rio, cuius epicriſin atque emendationem in notis dabimus. 4. Formam vſitatam, ἠχήσῃ, edidit Grotius: ἦχος certe in hoc ipſo carminis fragmento recte legitur; quamuis enim Dorienſes ἀχῆσαι ſcriberent, *Ionus* tamen ab ipſis ἦχος dicebatur. *Valck.* 5. ἐπαφρίσδῃ Brunck. — tum κύματα μακρὰ cum Grotio, Brunck et Valcken. dedi. atque Vulcanius primus lacunam, quae eſt in edd. Steph. Wintertonii aliorumque, expleuit ex Homero Il. B. [144. vbi ſchol. μακρὰ interpretatur μεγάλα,] vnde procul dubio hoc

'Ες χθόνα παπταίνω, καὶ δένδρεα, τὰν δ' ἅλα φεύγω·
Γᾶ δέ μοι ἀσπαστὰ, τάχα δάσκιος ἔυαδεν ὕλα·
Ἔνθα καὶ, ἢν πνεύσῃ πολὺς ὤνεμος, ἁ πίτυς ᾄδει.
Ἦ κακὸν ὁ γριπεὺς ζώει βίον, ᾧ δόμος ἁ ναῦς
Καὶ πόνος ἐντὶ θάλασσα, καὶ ἰχθὺς ἁ πλάνος ἄγρα.
Αὐτὰρ ἐμοὶ γλυκὺς ὕπνος ὑπὸ πλατάνῳ βαθυφύλλῳ,
Καὶ παγᾶς φιλέοιμι τὸν ἐγγύθεν ἦχον ἀκέειν,
Ἃ τέρπει ψοφέοισα τὸν ἄγριον, ἐχὶ ταράσσει.

'Ειδύλ-

deſumſit Moſchus. vide notam. atque cum Stephano Winterton. in verſione ſuppleuit, addito epitheto *plurimi*. 6. παπταίνων edit. Trincau. Veneta: vnde hunc verſum recte acuteque correxiſſe mihi videtur Valck. in notis: ἐς χθόνα παπταίνων καὶ δένδρεα τὰν ἅλα φεύγω. 7. Γᾶ δ' ἐμὶν Brunck. tum correxi cum Grotio, Brunck. et Valck. ἀσπαστὰ, τάχα δ' ἔυσκιος ἔυαδεν ὕλα, pro vulgatis γᾶ δέ μοι ἁ πιστὰ, τάχα δ' ἔυσκιος ἔυαδεν ὕλα. Atqui Grotius ἀσπαστὰ recepit ex cod. Pariſino. idem porro cum Gesnero dedit τάχα δάσκιος (quod etiam eſt in MS. Leid.) quum in aliis edd. eſſet τάχα δ' ἔυσκιος, vel τάχα δ' ἄσκιος. 10. ἁ πλάνος ἄγρα ex emendatione H. Stephani, quem reliqui ſunt ſequuti, pro ἀπλανῶς ἄγρα, vt eſt in

Ad terram oculos conuerto et arbores, mare autem fugio;
Terra vero mihi iucunda, et ſtatim vmbroſa [opaca] ſilua placet,
In qua, magno etiam ſpirante vento, pinus canit.
Miſeram profecto piſcator vitam agit, cui domus eſt nauis,
Et labor eſt mare; et piſces, fallax venatio.
At mihi dulcis ſub platano comata (*ſit*) ſomnus;
Et fontis amem vicinum murmur audire,
Qui oblectat ſtrepitu agreſtem, non exterret.

IDYL-

edd. Stobaei et cod. Leidenſi. 11. Ἀυτὰρ ἐμὶν Brunck. 12. ἆχον Brunck, inuito Valck. 13. τὸν ἄγριον correxi cum Grot. et Valck. quae eſt forma vſitata: τὸν ἀγρικὸν ex Stephani et Wintertonii editt. recepit poſt Schwebelium Heskin, quem quidem in contextu ſequutus erat Brunck. at in notis, illa tamquam haud genuina lectione reiecta, ſcribendum credit: ἅ τέρπει ψοφέοισα, τὸ δ' ἄγριον ὐχὶ ταράσσει. Apud Stobaeum ante Grotium editum eſt τὸν ἀγροῖκ', vnde Stephanus formauit ἄγρικον, et MS. apud Valck. habet ἀγροῖκον. Tum F. Vrſinus vulgatum ἀτερπῆ mutauit in ἃ τέρπνον, reperit vero in cod. Mediceo ἃ τέρπει, quod cum Stephano reliqui repoſuerunt.

Ἐιδύλλιον ϛʹ.

Ἦρα Πὰν Ἀχῶς τᾶς γείτονος, ἤρατο δ' Ἀχὼ
Σκιρτητᾶ Σατύρω, Σάτυρος δ' ἐπεμήνατο Λύδαν·
Ὡς Ἀχὼ τὸν Πᾶνα, τόσον Σάτυρος φλέγεν' Ἀχὼ,
Καὶ Λύδα Σατυρίσκον· ἔρως δ' ἐσμύχετ' ἀμοιβᾷ.
Ὅσσον γὰρ τήνων τὶς ἐμίσεε τὸν φιλέοντα,
Τόσσον ὁμῶς φιλέων ἐχθαίρετο, πάσχε δ' ἃ ποίει.
Ταῦτα λέγω πᾶσιν τὰ διδάγματα τοῖς ἀνεραστοις·
Στέργετε τὼς φιλέοντας, ἵν', ἢν φιλέητε, φιλῆσθε.

****

Ἐιδύλλιον ζ.

Ἀλφειὸς μετὰ Πίσαν ἐπὴν κατὰ πόντον ὁδεύῃ,
Ἔρχεται εἰς Ἀρέθοισαν ἄγων κοτινηφόρον ὕδωρ,
Ἕδνα φέρων καλὰ φύλλα καὶ ἄνθεα, καὶ κόνιν ἱρὰν,
Καὶ βαθὺς ἐμβαίνει τοῖς κύμασι· τὰν δὲ θάλασσαν

Νέρ-

2. ἐπεμήνατο edd. vtraque Steph. Wintĕrton. Heskin, Schwebel. Brunck. ἐπεμαίνετο Valck. 6. πάσχε δ' ἄποινα Steph. (qui vertit *patiebatur vindictam*) Winterton. Schwebel et Valcken. πάσχε δ' ἃ ποίει cod. Leid. Vrſinus in ſuo quoque codice inuenit, probauitque, Heskin, cuius notam vide, Schier et Br. quod quidem ſenſum dat commodum; at prior lectio, quam equidem reſcripſi, iudice Valchenario, eumdem

IDYLLIVM VI

Pan amabat Echo vicinam, Echo autem ardebat
Saltatorem Satyrum, Satyrus vero inſane deperibat Lydam;
Quantum Echo Pana, tantum et Satyrus Echo vrebat,
Et Satyrum Lyda: ſic amor per vices flagrabat.
Quantum enim ipſorum aliquis amantem oderat,
Tantum et ipſe amans odioſus erat, et patiebatur iuſtam poenam.
Haec ego documenta narro omnibus ab amore alienis:
Diligite amantes, vt, ſi ametis, redamemini.

✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻

IDYLLIVM VII

Alpheus vbi poſt Piſam mare ingreſſus eſt,
Procedit in Arethuſam, aquam adducens oleaſtros vectantem,
Dona ferens, pulchras frondes, floresque et ſacrum puluerem,
Et profundus vndas ingreditur; ſub mari autem
Infe-

praebet: isque addit: "*πάσχε δ' ἄποινα, iuſtam poenam patiebatur.* ἄποινον aeque ac ἀμοιβὴ vox eſt μέση.," conf. Heſych. ἄποινα etc. ibique interpretes col. 463. 7. πᾶσι Brunck.

IDYLL. VII

4. βαθὺς ὑββαίνει contra vſum coniecit quidam apud Valck. haud adprobantem. — τὴν δὲ θαλ. omnes

Νέρθεν ὑποτροχάει, κὺ μίγνυται ὕδασιν ὕδωρ.
Ἁ δ' ὐκ οἶδε θάλασσα διερχομένυ ποταμοῖο.
Κῶρος δεινοθέτας, κακομάχανος, αἰνὰ διδάσκων,
Καὶ ποταμὸν διὰ φίλτρον Ἔρως ἐδίδαξε κολυμβῆν.

edd. meae, praeter Brunck. et Valck. in quibus eſt τὰν δὲ, et hunc reſcripſi doriſmum. 7. κακομάχηνος Schwebel. de δεινοθέτας, haec adſcripſit Valcken. "Hoc alibi nusquam fuit inuentum, et aptiſſimum foret κῶρος ἀγωνοθέτας, quod idem ille, cui ὑβάλλει placebat, voci adſcripſerat: dantur tamen in Socraticis, quibus vulgatum quis tueri poſſit." 8. κολυμβᾷν Vrſin. et Heskin.

ANIMADVERSIONES IN MOSCHI IDYLL. V

